

3295

29 21  
1701  
22

Q. B. V.  
DISPUTATIO JURIDICA,  
DE

# AUCTORITATE JURIS CIVILIS

CIRCA  
OBLIGATIONES NATURALES,

QUAM

CONSENSU MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS,

PRAESIDE

DN. JO. BALTHASARE  
VVERNHERO,

PHIL. ET J.U.D. EIUSDEMQUE PROF. PUBL.

EXTRAORDINARIO, MATHEM. verò PROF. P.

ORDINARIO, ET FACULTATIS PHILOSOPH.

p. t. DECANO,

DN. PATRONO ATQUE DOCTORE SUO

PIO CVLTV AETERNVM PROSEQVENDO,

IN ACADEMIA VITEMBERGENSI,

Ad d. IX. Nov. A. M. DCCI.

In Auditorio Ictorum.

Horis consuetis,

Publico Eruditorum Examine subiciet

A. & R.

Wolffg. Bernhardus A TSCHIRNHAUS,

Eqves Silesius.

WITEMBERGÆ, Typis CHRISTIANI SCHRÖDTERI, Acad. Typ.



PERILLUSTRIBUS atq; EXCELLENTISSIMIS  
DOMINIS

DN  
**FRIEDERICO,**  
LIB. BAR. A BIBERAN,  
DYNASTÆ IN MODLAU, ALTEN-  
LOHEN, NEUHAMMER, GREMSDORF, MÜCKEN-  
DORF, RÜCKEWALDA, GROSSKOTZEN &c.

DN  
**EHRENFRIDO WAL-  
TERO A TSCHIRNHAUS,**  
DYNASTÆ IN KISLINGSWALDA,  
STOLTZENBERG &c.

**POTENTISSIMI REGIS POLON.  
ET ELECT. SAX. CONSILIARIO  
LONGE SPLENDIDISSIMO**

*DOMINIS SUIS, ET STUDIORUM PROMO-  
TORIBUS SUBMISSO CULTU ET AETATEM PROSEQUENDIS*

Præfens Studiorum Academicorum Specimen cum  
voto perpetuæ valetudinis, atque omnigenæ pro-  
speritatis eâ, quâ par est, reverentiâ dicat & offert,  
eorumque patrocínio, constantique favori se for-  
tunasque suas commendat

Auct. & Resp.



## PRÆFATIO.



Uam difficile sit, limites definire, quibus  
Jus Positivum continetur, & extra quos  
Legislatorem exerrare nefas est, tatis  
intelligunt, quorquot interiorem gene-  
ris humani nexum, totamque Socialita-  
tis compagem sedulo scrutantur. Cuius  
juss difficultatis origo cum ex variis causis repeti queat,  
tum vero mihi ex eo potissimum nata esse viderur,  
quod paucissimi sint, qui ex universali aliquo, omni-  
busq; dubiis expedito principio demonstrationes mo-  
ralium firmo nexu deducant; unde est, quod multise  
hodie miserè torqueant, pluresque rationes & rerum  
argumenta colligant, cum præceptum vel prohibi-  
tio naturalis docenda confirmandaque est. Quem circa  
naturales Obligationes Legesque homini insitas ver-  
sandi modum, si inanem & absurdum esse dixerò, ve-  
nia dabitur, mitius vocabulum haur invenienti. Cum  
enim propemodum in omni quæstione rationes æqui-  
tatis in utramque partem suppetant, qua ratione ex-  
pedies te, aut ubi exitum in illo rationum certamine  
invenies? Nam utræ firmiores sint, & à veritate propi-  
us abeant, nemo æstimabit, nisi ex norma quadam, quæ  
certa esse debet, omnique dubitationi ansam præ-  
scindere. Quare ego ita habere soleo: In omni Quæ-  
stione

ftione de naturalibus rationibus instituta in promptu ef-  
fe decisionem, neque prolixa disputatione egere. Qua  
vero ratione eruenda ea fit, in generaliffimis præceptis  
per multi docuerunt, pauci circa specialia ita verfati  
sunt, ut rectam, quam primo ingressi erant, viam infi-  
sterent, neq; ad meras æquitatis rationes cumulandas  
operam conferrent. Scio equidem, excelfo cuidam in-  
genio, quod inter Seculi hujus Papinianos referas, pro-  
positum inde ab aliquot annis fuisse, acutiorem falcem  
in hanc disciplinam immittere, eamque fastigio suo  
propius admovere; cujus industriæ admirandoque  
mentis acumini sicuti Jurisprudencia haud parum de-  
bet; ita Methodi, quam sequi constituit, prima elementa  
ante paucos annos publici juris facta dubium mihi re-  
linquunt, utrū omni defectui remedium sit allaturum.  
Illud vero si consequamur, ut in omni quæstione di-  
spositio Juris connati mentique humanæ insiti in apri-  
co sit, erit in promptu decisio plurimarum quæstionum,  
quæ inter interpretes magno impetu, acerrimaque  
contentione agitari solent. Manifesti etiam erunt li-  
mites, quibus humani legislatoris potestas terminatur;  
neq; pergent inepti homines, injustitiæ leges positivas  
arguere, quod vis stultæ & prurientis rationis suæ dicta-  
men pro jure naturali venditantes. Quod ut recte feli-  
citerque assequamur, in illud præsertim omni studio  
incumbendum, ut æquitas naturalis à Jure N. ipso evi-  
denti accuratoque discrimine separetur. Hinc enim  
præcipua tam vani litigii origo. Quippe à vul-  
go Interpretum qualiscunque species æquitatis conti-  
nuo pro Jure Naturæ habetur; cum tamen ma-  
ximum inter hæc duo discrimen intercedat. Manife-  
stum enim est, per sæpe naturalibus rationibus aliquid  
defen-

defendi posse, quod tamen sub objectum Juris N. haud cadat, & contra iisdem impugnari posse, quicquid per leges infinitas in vetitum haud ivit; nec raro pro utrâque quæstionis propositæ parte æquitatis rationes pari propemodum robore militare, quæ à vulgo lite perpetuo duratura ultro citroque disputari solent; cumque apud omnes in confesso sit, eam esse Juris Naturalis indolem, ut, proficente ipso Imperatore in §. II. J. d. J. N. G. & C. Divina quadam Providentia constitutum semper firmum atque immutabile permaneat; simul vero manifestum sit, non per omnia Legibus Naturalibus Positivas servire; qui utrumque fiat, & quatenus illibatam obligationum, naturalium virtutem servare oporteat, anxie quæri, & mirum in modum disceptari solet. Qua in re ingenium pro virili exercere, animum induxi. Quam operam in explicanda ratione Legum perutilem, Tibique non omnino ingratam fore confido. Quod si tamen accuratori lima egere videatur, cogitabis, mirum non esse, me in argumento, quod adhuc tot præclara ingenia torfit, enucleando explicandoque aliquid reliqui fecisse; cui nulla major voluptas accidere potest, quam, quæ rectius dici queant, moneri, vel certe, si nullum dubium occurrat, opinionum veritatem experiri. Quam in judicando æquitatem liberale quodque ingenium adhibere, & nihil ad gloriam, commodumque suum, sed omnia ad proximi utilitatem referre solet. Tu verò, Summe Deus, instituto meo ades, animumque & hunc stylum ita rege, ut omnia ex animi sententia succedant!

## Summa totius Dissertationis.

§. I. *Quæ ratio sit juris Civilis ad naturale, ostenditur ex indole Juris Prætorii. Exponitur, quo sensu dicatur Jus Civile corrigi l. suppleri à Pratore, & præsentis Dissertationis argumentum enarratur.*

§. II. *Ad definiendam Juris positivi circa Naturale Auctoritatem monetur, ante omnia expediendam esse civitatum, humanæque potestatis originem; refellitur eorum sententia, qui illam è naturali ordine repetunt. Ostenditur, neque simplicem, neque compositam aliquam Societatem intelligi extra pactum posse. Refutatur etiam illorum Sententia, qui originem Civitatum ad naturam referunt.*

§. III. *Fit progressus ad genuinam sententiam explicandam, & evincitur, homines in civitatem coisse, ut contra mutuas invasiones se munirent. Quæ ratio Civitatum impulsiva sit, prolixè explicatur. Ostenditur, ad hunc finem duo fuisse necessaria, summam Potestatem, & Voluntatum consensionem.*

§. IV. *Enarrantur Pacta, quibus Civitates coaluere.*

§. V. *Pactum, quo uni l. pluribus summa Potestas committitur, accuratius expenditur. Pacti hujus objectum excludit actiones extra administrationem Civitatis susceptas; unde Peccata Imperantium subditis non rectè imputantur.*

§. VI. *Evolvitur Questio: An Lex Civilis Juri N. de facto repugnare queat? quod negat Hobesius, cujus sententia absurditas ostenditur. Afferuntur Exempla LL. civilium cum Jure Nature pugnantium, & ostenditur, in statu quoque naturali alienum dari.*

§. VII. *Excutitur Questio: An Legislator sit obstrictus, ut omnibus Legibus naturalibus civile præsidium addat? Quod negatur, explicaturque, Permissionis in foro Civili Indoles.*

Le-



§. XV. Notatur Vinii opinio; neq; ad dominium acquirendum opus semper apprehensione esse, ostenditur.

§. VIII. Legislatorem humanum efficere non posse, ut obligatio naturalis cesset, demonstratur. Diluitur dubium à naturali Juris sui persecutione peticum. Subjungitur Obligationis divisio in Naturalem & Civilem, illiusq; subdivisio in Perfectam & Imperfectam.

§. IX. Agitur de Obligatione ex Beneficiis orta; cujus indoles prolixè exponitur, & Grotius refutatur.

§. X. Probatum Heredem non esse obstrictum in conscientia, ut non detracta quarta Falcidia aut Trebellianica, Legata prestet, & hereditatem ejusve partem restituat. Refellitur vulgata opinio, & hanc materiam Jure Naturali indifferentem esse ostenditur. Respondetur ad varias leges obstantes.

§. XI. Tractatur argumentum de hereditate ex testamento non ritè confecto alii restituenda. Ostenditur, frustra fingi obligationem naturalem, que conscientiam non adstringat. Refutatur opinio Mesterti, ejusq; argumenta diluuntur. Sub finem plura exempla obligationis merè naturalis subjiciuntur.

§. XII. Fit progressus ad obligationes naturales remissiores effectus in foro Civili producentes. Cujusmodi effectus recensentur. Agitur de obligatione ex pacto nudo orta.

§. XIII. Definitur obligatio mixta; quam nonnisi præsumit à aequitate aliquando niti, ostenditur; ejusq; exempla enarrantur. Additur mixtae obligationis nova divisio.

§. XIV. Evolvitur prolixè questio: Utrum in definiendo modo transferendi dominium Jus Civile Naturali adversum sit? Ubi evincitur, naturaliter citra traditionem dominium transire posse. Expenditur sententia Pufendorfii; contra quem defenditur, nihil impedire, quò minus ante traditionem apud venditorem dominium propriè tale remanere dicatur.

§. XVI. Transitus ad materiam promissorum, que per vim extorta sunt. Hæc invalida Jure N. esse, pluribus argumentis confirmatur.

§. XVII. Pufendorfi sententia contra Uffelmannum defenditur, ejusq. dubia examinantur, & diluuntur.

§. XVIII. Respondetur ad reliqua Uffelmanni argumenta.

§. XIX. Huberi opinio refellitur, ejusq. dubia dissolvuntur; quâ occasione ambiguitas, que in voce æquitatis est, rectè evolvitur.

§. XX. Inquiritur: Utrum circa materiam contractuum innominatorum Juri Civili cum Naturali conveniat? Quod variè confirmatur.


§. XXI. Notatur alia singularis Mastertii opinio. Explicatur l. 7. §. 2. ff. d. pact. Ostenditur, dationem, vel factum ad formam contractuum innominatorum pertinere, neque respectum mutue præstationis obligationem inducere. Exponitur, quid curâ d. arya in contractibus innominatis completatur.

§. XXII. Fit transitus ad materiam delictorum, ubi puniri haud posse, qui non deliquerint, variè probatur, & dispositio L. Quisquis C. ad L. Jul. Maj. defenditur.

§. XXIII. Agitur de obligatione merè Civili; qualem non dari citra æquitatem naturalem, prolixè confirmatur; atq. ad dubium respondetur.

§. XXIV. Excursunt exempla obligationis Civolis, que vulgò in medium afferri solent, & redditur ratio, cur aliquando ex negotiis naturaliter invalidis actionem leges Civiles concedant, que deinde per exceptionem à Prætorè suggestam elidatur.

§. XXV. Eruitur genuinus sensus variarum Legum obstantium; puta l. 3. §. 1. ff. d. Const. pec. l. 9. ff. d. Cond. indeb. l. 16. ff. d. Fidej. l. 1. ff. d. Novat. Sequitur ad ultimum conclusio.



## I. N. J.

### §. I.



Uam rationem Jus Prætorium <sup>Quæ ratio</sup> ad Civile habet; eadem prope <sup>est Juris</sup> est Juris Civilis ad Naturale. Ne- <sup>Prætorii ad</sup> que enim Prætor potestatem <sup>Civile, ea-</sup> mutandi Jus Civile sibi vindica- <sup>dem est Civi-</sup> re, neque statuere quicquam <sup>lis ad Natu-</sup> poterat, quod ejus dispositioni <sup>ræle.</sup> esset contrarium. Itaque cum

facultas <sup>corrigen-</sup>di vel <sup>supplendi</sup> Jus Civile Prætori tri- <sup>butur in L. 7. §. i. ff. d. J. & J.</sup> buitur in L. 7. §. i. ff. d. J. & J. non in eum sensum acci- <sup>Quo sensu</sup> piendum est, quasi illud in ordinem redigere, & pro <sup>Prætor dica-</sup> arbitrio mutare integrum ipsi fuisset; sed <sup>tur corrige-</sup> corrigere di- <sup>re Jus Civile?</sup> cebatur Jus Civile, cum adversus actionem de Jure <sup>competentem</sup> exceptionem suggestit, quo ipso non <sup>tollebat</sup> actionem, quamvis ejus effectum tali reme- <sup>dio</sup> dio interciperet. <sup>Supplevit</sup> autem Civile Jus, cum de <sup>Quomodo</sup> materia illo Jure indifferenti aliquid constituit. Sic <sup>illud supple-</sup> illud <sup>verit?</sup> data bonorum possessione ad hæreditatem ab intesta- <sup>to</sup> to vocavit, quos Civile Jus non quidem ab eadem di- <sup>rectè</sup> rectè excludebat, nullo tamen remedio ad eam con-

A

se.

*Jus Civile  
nihil contra  
Jus N. sta-  
tuere potest.*

*Sunt, qui  
existimant,  
Leges Civiles  
aliquando  
Naturalibus  
repugnare.*

*Præsens in-  
stitutum ex-  
ponitur.*

*Vocum ex-  
plicatio su-  
pervacanea  
hoc loco est.*

sequendam armaverat. Neque sane diversa est in-  
doles Juris Naturalis. Quantumvis enim ab illo re-  
cedat aliquando Jus Civile; certum tamen est, nihil  
ei contrarium hoc Jure disponi posse, & si quid tale re-  
periatur, nullam inde obligationem in subditis nasci;  
cum circa Naturalia Jura Principi non minus, quam  
privatis obsequii necessitas incumbat. Enimvero  
eis, qui genium Juris Naturæ non satis perspectum  
habent, haud raro, quod Jure Civili sancitum est, col-  
lidi cum Lege Naturali videtur; quod eo multos per-  
duxit, ut prolixas de Injustitia Legum Romanarum  
querelas instituerent, vel certe in consensione eruenda  
demonstrandaque ita se implicarent, ut videren-  
tur exitum invenire non posse. Quamobrem haud  
inutile fuerit, distincte exposuisse, quatenus Jura  
Civilia à naturali Lege deflectere, atque obligationis,  
quam hæc injungit, effectum suspendere, infirmare  
aut circumscribere queant. Quæ res ad multorum  
Juris textuum, præsertim *L. 6. ff. d. J. & J.* mentem  
recte eruendam non parum faciet, & qua ratione fi-  
nes utriusque Prudentiæ, Naturalis atque Civilis rege-  
re oporteat, perspicue ostendet. Neque vero voca-  
bulorum, quæ hic satis plana sunt, expositioni, ut  
vulgo fieri consuevit, immorari libet. Quid enim  
obligatio & quotuplex sit, ex infra dicendis rectius  
patebit. Quare citra ambages ad rem ipsam acce-  
dimus.

## §. II.

*Ante omnia  
origo Civita-* Sed ne qua nos in tractatione difficultas  
premat, adeoque evidenter ostendi possit, quousque  
hic

hic vis Legis Civilis valeat ; operæ pretium fuerit , tum inda-  
breviter excussisse originem humanæ potestatis , & ganda est.  
quibus pactis coaluerint civitates. Ubi illorum error  
pridem detectus est, qui nullis intervenientibus pa-

ctis per naturalem ordinem atque consecutionem civitates  
productas autumant. vid. Pufendorff. d. J. N. & G. L. VII.  
c. 1. §. 5.

Primo enim par aliquod mortalium fuisse,  
amore conjugali conjunctum ; ex eo natos liberos ;  
inde ortam familiam ; ex pluribus familiis demum  
surrexisse civitatem. Quem quidem ordinem nemo  
facile impugnaverit ; neque enim tales civitates, qua-  
les jam conspiciuntur , repente extitisse , cuiquam  
sano in mentem veniet. Enimvero quod illi , qui ad  
naturalem ejusmodi ordinem confugiunt , aliis per-  
suadere conantur , naturali quadam veluti necessitate  
citra intercedens pactum homines in civitatem com-  
pulsos , anile commentum est , & prorsus perinde , ac  
si quis dicat, vestem naturali ordine atque consecutione pro-  
ductam ; ex vellere ovium enim lanam , ex hac pan-  
num ; inde togam exortam esse ; adeoque sartorum,  
aliorumque operam nullam intervenisse. Primo  
enim intelligi non potest, quomodo par illud mortaliū  
in amorem mutuum exardescere , & conjugalem so-  
cietatem citra consensum & pactum inire potuerit.

Ad eundem modum pactis fuit opus , ut in familiam  
homines coirent , nisi fortasse dixeris , per naturalem  
consecutionem factum , ut alius domini , alius servi  
personam indueret , ejusque jussa prompte capesseret,  
quod quam puerile sit , in aprico est. Nam & Aristo-  
teles, cum quosdam natura servos dixit, non id voluit, ci-  
tra ullum factum institutumque humanum per solam

*Eam non-  
nulli à natu-  
rali ordine  
atque conse-  
cutione re-  
petunt.*

*Quid tribu-  
endum sit  
huic senten-  
tia, exponi-  
tur.*

*Citra pa-  
ctum nulla  
Civitas con-  
cipi potest.*

*Quod simili  
illustratur.*

*Nulla etiam  
simplex so-  
cietas sine  
pacto coa-  
lescere po-  
tuit.*

*Quo sensu  
Aristoteles*

*na-  
quosdam*

*naturâ servatur* naturam aliquos cogi aliis subesse, sed hoc in-  
*vos statuat.* nit, tantum esse hominum quorundam stuporem, in-  
 geniumque adeo hebes, ut suis ipsi rebus præesse ne-  
 ciant, hisque rectius consuli, si aliis se subjiciant, atque  
 ad eorum arbitrium suas actiones componant, quam  
 si ingenitæ stupiditati suæ relinquuntur. Maxime ve-  
 ro citra pacta fieri non potuit, ut in ejusmodi cœtus,  
 quos civitates appellamus, homines congregarentur.  
 Quamvis enim largiamur, familias fortasse aliquot  
 primum segreges in eundem deinde locum sedem  
 transfuisse, atque ultro citroque humanitatis officia  
 exercuisse; nulla tamen ab altera postulare potuit, ut  
 suæ directioni subesseret, atque à se leges acciperet, nisi  
 super eo aliqua conventio fuisset celebrata. Nemo  
 enim me actionum mearum rationem jure poposce-  
 rit, nisi cujus imperium expresse, vel saltem tacite  
 agnovi, quique justas causas allegare novit, quare  
 sua jussa venerandi necessitatem mihi injungat. Ni-  
 hil etiam illi afferunt, qui originem civitatum im-  
 mediate à natura repetunt; cujus fabulæ sat solidam à se  
 rationem citari credunt, quod homo sit *ζῷον πολιτικόν*,  
 adeoque ardentissima cupiditate in conjunctionem  
 cum aliis feratur. Atqui naturâ homo ad aliquam  
 occupationem inclinatur; neque tamen propterea ani-  
 mum necessario ad multriculam appellat, aut pecu-  
 rariam exercet. Naturalibus istis stimulis, qui so-  
 cietatem commendant, tatis litare homo per primas  
 focierates potest, adeoque nulla ipsum necessitas subi-  
 git, ut cum pluribus familiis in civitatem coeat, in ea-  
 que isti naturali inclinationi mulcendæ operam pro-  
 lixe navet. *add. Pufendorff. c. 1. §. 2. seqq.*

*In majori-  
 bus Civita-  
 tibus res  
 multò cla-  
 rior est.*

*Imperium  
 inter homi-  
 nes citra  
 conventio-  
 nem nullum  
 datur.*

*Alii origi-  
 nem Civita-  
 tum ad na-  
 turam refe-  
 runt.*

*Falsitas hu-  
 jus sententia  
 per instantia  
 am ostendi-  
 tur.*

*Aliisque ra-  
 tionibus  
 vincitur.*



§. III.

Certe qui indolem hominis, ejusque naturalem pravitatem, & studium nocendi profundius *Fit progres-*  
 rimantur, facile deprehendunt, principem causam, *fus ad genu-*  
 quæ civitatibus originem dedit, fuisse, ut homines *inam senten-*  
 valido se præsidio contra aliorum incursiones, mali- *tiam expli-*  
 tiam, atque fraudes munirent. Neque enim libido *candam.*  
 nocendi, quæ maxima in homine est, melius cohi- *Homines in*  
 beri, & tam acres cupiditatum stimuli, qui animum *civitates coi-*  
 ejus pervellunt, efficacius retundi queunt, quam in- *verunt, ut sibi*  
 tentato gravi malo, quod statim repræsentandum sit, *presidium*  
 si quis affectus, aut voluptatum illecebras ante offi- *contra mu-*  
 cii sui partes habeat, pravisque machinationibus mo- *tuas invasio-*  
 lestiam afferre aliis conetur. Illa enim modesta in- *nes circum-*  
 genia admodum rara sunt, quæ solus naturalis pudor *ponerent.*  
 intra limites continet, quæque ultero ab aliis laceffen- *Pauci solo*  
 dis perpetuo sibi temperant. Quod si ergo concii- *naturali pu-*  
 piamus, homines in statu naturali degentes consilia *dore in officio*  
 inire de securitate adversus aliorum injurias sibi cir- *continentur.*  
 cumponenda; intelligimus, nullum aliud excogitari  
 potuisse, quam ut unusquisque auxilia quæreret, qui-  
 bus sui invasio adeo periculosa aliis videretur, ut sati-  
 us ducerent, manus cohibere, quam conferere; qui-  
 escere, quam turbas concitare. Neque vero illa secu- *Securitati*  
 ritas expectari poterat, si pauci in mutuam opem con- *non satis*  
 spirarent; quippe qui sic facile vel improviso facinore *consultum*  
 opprimi, vel à pluribus in perniciem eorum conjun- *fuisse, si*  
 ctis aperto etiam Marte expugnari posse videbantur. *pauci in ci-*  
 Quare opus erat insigni quadam hominum multitudine *vitatem co-*  
 ne, quæ hostibus vel plane præcidere, vel saltem an- *issent.*  
 cipitem reddere spem victoriæ posset, si arma contra  
 eam expedire auderent. *add Hobbes, Elem. d. Civæ cap. V.*  
*Non sufficit*  
*ad civita-*



rem conden- S. 3. p. m. 74. Neque vero hæc plurium conspiratio in  
 dam pluri- mutuum opem, quamvis pacto confirmata sufficit  
 um consen- ad communem felicitatem, stabilemque pacem con-  
 sus. servandam. Neque enim omnes ita moderati, pro-  
 Quod infus- missorumque & officii sui adeo memores sunt, ut sem-  
 demonstra- per communi utilitati plus, quam suæ consultum vo-  
 tur. lint; qui plerumque ad procurandum commune bo-  
 num non honestate, sed sive privati boni, ut puta lu-  
 cri, sive gloriæ spe ducuntur. Sic ergo facile fieri potest,  
 ut voluntates primum inter se unitæ, atque in mu-  
 tua auxilia intentæ, ubi privatum commodum à pub-  
 lico discrepare visum, rursus distrahantur, atque dum  
 in diversa tendunt, & mutux oppressioni occasionem,  
 & hostibus externis nudum latus præbeant. Acce-

*Alii obrusa  
 mentis acie,  
 alii torpore  
 naturali  
 impediuntur  
 sibi consule-  
 re.*

*Unde id ope-  
 re fuit dan-  
 dum, ut per-  
 petua que-  
 dam volun-  
 tatum unio  
 conservare-  
 tur.  
 Ad hunc fe-  
 nem duo ne-  
 cessaria erant  
 Voluntatum*

dit, quod non omnibus ea mentis acies est, ut quid  
 optimum factum sit, perspiciant; & tantus multorum  
 torpor animique mollities, ut tempus otio exigere,  
 quam laborem subire malint; præsertim si executio  
 ejus, quod faciendum intelligunt, cum insigni mole-  
 stia conjuncta sit, viriumque intensionem requirat.  
 Quare opus fuit, ut qui in civitatem coalescere decre-  
 verant, dispicerent, qua ratione perpetua quadam  
 unio voluntatum conservari, & qui semel in mutuum  
 defensionem consensissent, ad eam juvandam modis-  
 que omnibus promovendam compelli possent; &  
 quos sola honestas rectique studium intra officii limi-  
 tes non contineret, vi merique ad partes ejus recte  
 tuendas adigerentur. Huic fini consequendo duo re-  
 quirebantur. Primo ut omnium, qui in civitatem  
 coituri erant, in posterum una voluntas esset; adeo-  
 que non distracti sententiis, à publicæ salutis cura pec-  
 ricu-





riculose diverterent. Deinde ut constitueretur aliqua potestas, per quam omnes factiones machinationesque adversus bonum commune enervari, cives in officio contineri, & qui publicæ utilitati obniterentur, in ordinem redigi mature possent. In apricone effeci consensio voluntarum que-  
 aut? In apricone effeci consensio voluntarum que-  
 aut? Quæ ratione  
 summa ali-  
 qua potestas  
 prodeat?  
 Quæ ratione  
 summa ali-  
 qua potestas  
 prodeat?  
 Quæ ratione  
 summa ali-  
 qua potestas  
 prodeat?

autem est, unam voluntatem ex pluribus ita fieri non posse, ut hæc per physicam quandam transfusionem combinentur; vel saltem revera semper, quod unus vel aliqui volunt, in id reliquorum etiam voluntas feratur; igitur non alia ratione una omnium voluntas erit, quam si unusquisque suam voluntatem unius hominis, vel concilii voluntati ita subjiciat, ut deinceps pro omnium voluntate accipiendum sit, quicquid homo ille, vel concilium circa ea, quæ ad publicam salutem & pacem communem pertinent, voluerit; quamvis fortasse aliquorum cogitata in contrarias alicubi partes discesserint. Neque etiam naturales omnium vires combinari atque in unum cogi posse, in confesso est; unde potestas, quam singulos in civitate vereri oporteat, non aliter nascetur, quam si unusquisque declaret, quod opibus viribusque suis ita deinceps uti velit, sicut illi, in quem summa rerum collata esset, placuerit.

§. IV.

Manifestum vero est, pactis atque conventionibus ad hanc rem opus esse, circa quæ multitudo congregata in ordinem, & formam quasi civilem componi nullo modo potest. Ad cognoscendum autem, quæ & qualia sint illa pacta, non magno labore opus est. Liqueat enim, primum pactum esse, quo plures in perpetu.

Circa pacta  
 nihil tale  
 effici potest.  
 Quibus pactis  
 coaluerint civitates?



*Primum est, quo plures in eandem societatem conspirant. In quod singulos consentire oportet.*

*Huic pacto succedit decretum de forma Civitatis constituenda.*

*Quod excipit novum pactum cum illo, vel illis, in quos summa rerum confertur.*

*Ex hoc pacto demum perfecta Civitas resultat.*

*Posterior pactum accuratius expenditur.*

*Per hoc pactum plures voluntates suas unius,*

petuam conjunctionem conspirant, quodque in posterum junctis viribus consilisque communem pacem tueri, adeoque certis institutis & ordine in unam civitatem coalescere velint. Atque in hoc pactum singuli consentiant, oportet. Nam cui istæ conditiones non arriserint, extra civitatem erit. Pactum hoc, ad quod incunabula quasi & primordia futuræ civitatis referenda sunt, excipit decretum, quo definitur, qua Imperii forma in civitate utendum sit, & cujus placita in posterum pro communi omnium voluntate habenda sint. Facto hoc decreto novum pactum ineundum est, cum illo nempe, vel illis, quibus summum imperium committendum est; quo mediante unus homo, vel concilium curam publicæ salutis, & administrationem liberrimam rerum communium in se recipit, cæteri vero obsequii promptitudinem, atque subjectionem promittunt. Hæc submissio & virium voluntatumque unio ubi facta fuerit; tum demum perfecta civitas, societatum atque personarum moraliū validissima exsurgit. *add. Pufend. de J. N. & G. L. VII. c. II. §. 7. seqq.*

§. V.

Enimvero posterioris hujus pacti, quod quasi formam civitati largitur, indoles paulo pressius per vestiganda; ex eo enim potissimum cognoscitur, quousque vis imperii civilis valeat, & quatenus leges ab imperantibus latæ subditos obstringant. Patet autem, id agere hoc pacto eos, qui in unam civitatem coeunt, ut voluntatem suam ejus arbitrio subjiciant, cui summa rerum defertur; adeoque declarent, quod in poste-



sterum actiones suas secundum voluntatem ejus at-  
 temperare velint, & pati, ut naturalis sua libertas ex  
 utilitate publica circumscribatur. Qua ratione omni-  
 um, qui in civitate vivunt, una quasi voluntas effici-  
 tur. Neque vero hoc laxè nimis accipiendum est,  
 quasi indefinite omnes actiones, quas suscepturus es-  
 set imperans, reliqui etiam sibi imputari velint. Quo-  
 usque vero hoc procedat, è scopo paciscentium, &  
 veluti materia hujus pacti cognoscendum est. Ap-  
 pareat autem, supponere alteram paciscentium par-  
 tem, eum, cui rerum summa committitur, in præscri-  
 bendis legibus Jura Naturalia atque divina ante oculos  
 habiturum, adeoque nihil eis contrarium subditis  
 injuncturum esse. Cum enim, qui in civitatem con-  
 gregantur, salutis bonorumque suorum majorem de-  
 fensionem intendant; negotia, quæ ad pacem com-  
 muniem pertinent, ad eum finem ab Impe-  
 rante attemperari, sibi tacite saltem stipulantur; quod  
 ipsum includit conformitatem legum civilium cum  
 naturalibus; quia hæc necessarium nexum cum so-  
 cialitate, adeoque etiam cujusque peculiaris societa-  
 tis salute habent. Præterea luculentum est, non in-  
 cludi hoc pacto illas actiones, quæ ab eo, penes quem  
 civile imperium est, circa res alias, quam administra-  
 tionem civitatis, suscipiuntur. Unde maleficia ab im-  
 perantibus admissa, imputari singulis haud possunt;  
 neque actiones naturales, quæ ab iis patrantur, pro  
 subditorum actionibus habendæ.

*vel concilii voluntati subjiciunt. Inde omnium una voluntas. Quod tamen non indefinite intelligendum. Quousq; hoc procedat? Quid supponat altera paciscentium pars?*

*Pacti hujus obiectum excludit actiones extra administrationem Civitatis susceptas.*

§. VI.

Expenfa pacti illius natura, per quod in unum,  
 vel plures imperium in civitate transfertur, propius  
 ad

*Peccata Imperantium subditis non rectè imputantur.*

B

An Lex Ci-  
vilia Juri N.  
repugnare  
queat?

Hobbesius  
putat, ne de  
facto qui-  
dem legem  
Civilem, que  
contra jus  
N. fit, ferri  
posse.

Que senten-  
tia refelli-  
tur.

Leges Civi-  
les non de-  
bent cum so-  
cialitate  
collidi.

Afferuntur  
exempla le-  
gum Civi-  
um cum Ju-  
re N. pu-  
gnantium.  
Diluitur  
Aubium.

Furtum quo-  
modo legi-  
bus Civilibus  
definien-  
dum?

ad institutum accedimus. Facile autem jam nobis est, expedire quæstionem: *Utrum fieri queat, ut Lex Civilis Juri Naturæ repugnet?* Negare hoc ausus *Hobbesius Elem. d. Civ. C. XIV. §. 10.* merito propterea notatus à *Pufendorfio d. J. N. & G. L. VIII. C. 1.* Existimat enim *Hobbesius*, nunquam ne de facto quidem Principem aliquid Juri N. adversum statuere posse. Quod ex eo probare conatur, quia obligatio ad Leges civiles observandas antiquior fit, quam ipsarum Legum promulgatio; adeoque legem naturalem omnes leges civiles jubere observari. Enimvero jus Naturæ quidem adstringit subditis ad obsequium legibus civilibus præstandum; supponit autem, eas leges non adversari socialitatis salutem, neque nexum & pacem civitatis destruere. Falsum ergo est, Jus Naturæ præcipere, ut promiscue quamcunque legem civilem subditi pro norma suarum actionum habeant; sed earum tantum observationem injungit, quæ nihil turpitudinis, & quod cum jure superiori, quale jus naturale & divinum est, pugnat, involvit. Unde nemo sane præter *Hobbesium* facile dubitaverit, si princeps tulerit legem, qua latrocinia, & mutuas invasiones subditis permittat; hanc Legi N. fore adversam, neque in subditis obligationem producturam. Vanum est, quod urget *Hobbesius*: *Si Lex Civilis jubeat invadere aliquid, non esse illud furtum.* Sane enim definitio furti à Lege Civili non potest formari talis, quæ promiscuam aliis sua eripiendam licentiam introducat, adeoque simul pacem & tranquillitatem civitatis subvertat. Quis præterea dubitet, etiamsi lege civili permittatur juveni marito alicui vetulo in mulcenda uxoris libidine

ne vicarias operas præstare, non tamen ejusmodi *Concubitus cum aliena uxore*  
 concubitum adulteriorum numero eximi; sed utique *quamvis de facto à legislatore permissus, tamen adulterium est.*  
 metuendam adhuc pœnam, coram tribunali divino *Cujus ratio redditur.*  
 infligendam? Neque enim id effici per legem civilem *In statu quoque Natura-  
 li datur alienum.*  
 potest, ut, cum qua quis legitimum matrimonium con- *Quod confirmatur exemplo civitatum, que hodie-  
 num in statu naturali videntur.*  
 traxit, desinat deinceps citra justam causam esse uxor.  
 Falsum est, quod idem contendit, in statu naturali  
 nihil fuisse alienum. Atqui civitates erga se in-  
 vicem consideratæ hodiernum in statu naturali vi-  
 vunt, neque tamen propterea res inter se commu-  
 nes habent, sed utique propriis, distinctisque re-  
 rum dominiis gaudent. Non ergo demum intro-  
 ducto statu civili res propriæ esse cœperunt. Quam-  
 obrem satis constat, posse utique ab imperante,  
 si eo vesaniæ processerit, legem de facto promulga-  
 ri, quæ sit juri naturali adversa; quæque nullam  
 ideo in subditis obligationem producat, & hinc eti-  
 am legis nomen propriè non mereatur; cum tali  
 casu divina autoritas quasi intercedat, quæ impe-  
 dit, quo minus vim propriè sic dictæ legis ejus-  
 modi sancitum habeat. Quantumvis enim prin-  
 ceptus in foro civili suarum actionum rationem posci  
 nequeat; subjectus tamen ipse legibus naturalibus  
 atque divinis est; quibus frustra obnititur, atque  
 ad eorum neglectum subditos adstringere conatur.

§. VII.

Præterea manifestum est ex origine civitatum, & pactorum, quibus illæ coaluerunt, indole, non esse adstrictum imperantem, ut omnibus præceptis

An Legisla-  
tor sit ob-  
strictus, ut  
omnibus le-  
gibus Natu-  
ralibus Civi-  
le prædium  
circumpo-  
nat?

Quod nega-  
tur.

Quæ sit per-  
missionis in  
foro civili  
indoles,  
ostenditur.

Quæ indul-  
gentia tam-  
en non la-  
xè nimis ac-  
cipienda est.

Quæ per-  
mittuntur  
Jure N. ad  
illud pro-  
priè non  
pertinent.

Dicuntur  
vulgo red-  
uctivè Juris  
N. esse.

Quæ mate-  
riam legibus  
civilibus sug-  
gerunt.

ceptis naturalibus vim legis civilis addat ; sed  
posse ipsum facta quædam, utut contra Jus naturæ  
admissa, conscientiæ cuiusvis relinquere, iisdemque  
impunitatem in foro civili præstare. Neque enim  
ejusmodi *permissio* efficit, ut actus citra læsionem  
præcepti divini exerceri queat ; sed à pœna dun-  
taxat civili liberat ; qualis non præcisè in omnia  
delicta constituenda est ; sed in ea solum, quæ  
intentato præsentaneo aliquo malo cohiberi, è pu-  
blica utilitate esse, censuerit imperans ; reliqua pu-  
dori naturali, atque divinis pœnis relinquere po-  
test ; eisdemque illis effectus tribuere, qui alias  
comitantur actus jure naturali permittos. Quæ  
tamen res ita est temperanda, ne, si laxa nimis &  
prolixa fuerit indulgentia in foro civili, inde ad li-  
berius delinquendum homines invitentur. Accu-  
rate etiam est distinguendum inter id, quod pro-  
priè Juris N. est, seu eo vel præcipitur, vel prohi-  
betur, & quod naturaliter tantum permitti dicitur.  
Nam quæ permitti dicuntur à jure N. ad ejus ob-  
jectum plane non pertinent ; sed materiam eo jure  
indifferentem constituunt. Perinde enim est, cum  
quis aliquid lege permittum dicit, ac si diceret, circa  
tale quid legem plane non disponere. Et hæc di-  
cuntur alias vulgo à ICtis *reductive* Juris N. esse. Cir-  
ca quæ in aprico est, liberrimum disponendi arbi-  
trium legislatori humano relictum esse ; ita ut ci-  
tra ullam violationem Jurium Naturalium, ad alter-  
utram partem subditos adigere queat. Immo hæc  
origines talium constituunt. Dico *ratione originis ta-*  
*lium*

lum. Alias enim infrequens haud est, ipsas quoque leges N. nomine legum civilium venire; quatenus nempe per leges civiles muniuntur; earumque violatores in foro quoque civili poena manet.

*Distata quoque naturalia civili presidio munita Legum Civilium nomine venire solent.*

§. VIII.

Ex dictis facile jam constabit, quousque principis potestas valeat; quodque in ejus arbitrio situm, utrum obligationi naturali novum effectum tribuere velit, nec ne. Sane enim omnes obligationis effectus civiles à legislatoris arbitrio dependent. Unde illud princeps efficere non potest, ut negotium, quod J. N. obligationem producit, desinat naturaliter obligare, sed omnis ejus potestas tantum circa effectus civiles occupatur; cujusmodi effectum, cui obligationi tribuere publicè interfit, ipse aestimabit. Neque est, quod dicas, naturaliter tamen licere ei, cui jus adversus alterum quaesitum est, id contra ipsum persequi; hanc autem facultatem Jure Civ. ademtam. Enimvero certum, juri ex obligatione quaesito prorsus licere renunciare, de quo nemo dubitat; multo igitur magis licebit renunciare persecutioni juris, ita ut quis declaret, nisi alter sponte obligationi sibi incumbenti satisfacere velit, se in foro civili litem ipsi haud intentaturum. Fecerunt autem hoc illi, qui certis pactis in civitatem coierunt; dum effectus Civiles omnium obligationum permissi arbitrio imperantis. Quocirco etiam recepta est divisio obligationis in Naturalem & Civilem. Haec legis civilis autoritate; illa aequitate juris naturalis

*Libertati legislatoris humani relictum est, utrum obligationi naturali effectum largiri velit. Hoc tamen efficere non potest, ut obligatio naturalis diluitur dubium à naturali Jure sui persecutione destitutum. Facultati huic Jus sum, ut persequendi renuntiari potest.*

*obligatio- nis diviso in naturalis & civilis.* *illis nicitur.* Naturalis præterea obligatio vel omni-  
*est ea, quæ ex beneficiis oritur.* effectum civili destituitur, & dicitur *imperfecta*; vel  
 Illa est vel *perfecta*, vel *imperfecta*. sortitur, & audit *plena* seu *perfecta*. Menck t. d. 0 &  
 A. De quibus sigillatim plenius agendum est.

§. IX.

*Inter obligationes naturales* Primo igitur dantur quædam obligationes natu-  
*est ea, quæ ex beneficiis oritur.* rales, quibus nullum plane effectum jus civile tribuit,  
*Dari talem obligationem, ostenditur.* ita ut solo pudore naturali contineantur. Qualis  
*Huic obligationi ne quidem naturaliter jus exigendi respondet.* est obligatio ad gratitudinem benefactori declaran-  
*Cujusmodi obligationes alie plures dantur.* dam *l. 25. §. 11 ff. d. hered. pet.* Quisque enim ex naturali  
 æquitate adstrictus est, ut omnia grati animi signa pro-  
 mat erga eum, à quo insignia in ipsum beneficia pro-  
 fecta sunt, omnemque occasionem paria re-  
 ponendi captet. Quæ obligatio, nisi in beneficiis  
 naturaliter saltem subesset, eorum maxima pars  
 peritura esset; cum nemo suum facile iactaverit,  
 aut sine spe gratiæ referendæ alterum prolixè ju-  
 vare velit, *vid. Pufend. d. 7. N. & G. L. III. c. 3. §. 16.*  
 Quamvis fatendum sit, ne quidem per legem  
 naturalem jus aliquod conferri in eum, qui be-  
 neficiis alterum cumulat, vi cuius ab ipso exi-  
 gere queat, ut vicissim humanitatem erga ipsum  
 explicet, ejusque commoda pro virili juvet. Ne-  
 que vero hoc infrequens in jure naturali; cum  
 multæ dentur obligationes, quibus ex adverso nul-  
 lum in altero jus exigendi, & velut ab invito,  
 quod debetur, extorquendi respondet. Enimvero  
 hæc obligatio ad gratitudinem nullum plane in

Ju-





Jure Civili effectum habet. *vid. cit. l. 25. §. ii. ff. de Obligatio-  
hered. per.* adeoque nec actione propterea aliquem ad gratia-  
pulsare queo; nec, si vicissim ipsi aliquid debe- dinem omni  
am; compensationi locus est. De quo eo minus effectu Civili  
dubitandum est, quod ne naturaliter quidem be- desinitur.  
nefactori hi effectus competunt. Equidem *ingrati*  
nomen erubescendum est, vitiumque inter omnia  
maxime odiosum & detestabile. At enim præ- Unde præter  
ter divinam vindictam nullus metus beneficiarium divinam  
urget. Ea enim est indoles beneficiorum, ut in vindictam  
eorum præstatione nihil nobis vicissim stipulemur, nulla bene-  
sed alterius humanitati relinquamus, quousque spon- ficiarum  
te & citra coactionem, solius honestatis amore pena ma-  
gratum erga nos animum declarare velit. net.  
*Pasend. c. l.* Quo pertinet, quod dicit *Seneca L. III. Seneca ver-*  
*de Benef.* Cum res honesta sit referre gratiam, de- borum restit-  
bit honesta esse, si necessaria est. Non enim magis lau- uitur.  
dabit quisquam gratum hominem, quam eum, qui de-  
positum reddidit, aut quod debebat, citra iudicium sol-  
vit. Nec citra rationem *Cicero pro Plancio* debito- Ciceronis di-  
nem gratia à debitione pecunie separat. Ex iis, quæ stinctio.  
hactenus dicta sunt, facile colligi potest, quid de Opinio Gro-  
opinione *Grotii* habendum sit, qui in *Tr. d. J. B. & P.* tii exponi-  
*L. II. C. XIV. n. 6.* existimat, obligationem ad vicem tur, atque  
beneficio rependendam efficere, ut cesset condictio inde- resellitur.  
biti. Leges enim civiles nullibi hunc effectum obli- Indebitum  
gationi naturali minus plenæ, qualis hæc est, quæ ex errore so-  
renumerationem injungit, tribuit. Neque sanè lutum repe-  
firmiori argumento *Grotium* defendes, si ipsi de na- ri à benefi-  
turali effectu sermonem esse, contendas. Ea enim ciario potest  
obligationis ex beneficio oriundæ indoles est, ut ei Et civiliter  
nul- Et natura-  
liter.

nullum planè jus potendi, ne quidem naturale in benefactore respondeat. Ex quo consequitur, si indebitum ex errore à beneficiario solutum sit, nullam esse rationem, cur alter, quod indebitè ac cepit, reddere recuset, præsertim cum alia via superesse queat, quâ grati animi signa exprimat; neque ad determinatum quid præstandum videatur adstrictus esse. Neque etiam ullâ solida ratione nititur Zasius, qui in *Sing. Resp.* 3. n. 21. idem cum Grotio sentit. Add. *Hahn. ad Wesenb. t. d. Obl. & Act. N. 5.*

*Confirmatur nonnullis rationibus aliis. Zasius idem cum Grotio sentit.*

§. X.

Referunt huc communiter DD. quod hæres, qui restituere alteri hæreditatem iustus est à statore, aut legatis totam hæreditatem exhaurientibus gravatus, possit Falcidiam aut Trebelianicam deducere quidem civiliter, sed naturaliter atque in conscientia obstrictus sit, ut totam hæreditatem restituat, atque integra legata præstet. v. *Huber. Præl. ad Inst. Tit. de Oblig.* Enimvero exemplum illud plane huc non quadrat. Neque enim apparet, quæ hic obligatio conscientiam hæredis stringat. Quousque enim aliquis per ultimam voluntatem de iuis bonis disponere queat; hæredemque obligare, id iure naturali non est determinatum, adeoque ab arbitrio legislatoris Civilis dependet. v. *l. 11. §. fin. ff. de Jur. delib.* Cum igitur Lex civilis deductionem Quartæ concedat hæredi, recte hoc beneficio utitur, neque propterea ullam legem naturalem violasse dici potest. Imo ipse

*Quid vulgò existimari soleat?*

*Rejicitur ea opinio. Iure N. non est definitum, quousque de bonis per ultimam voluntatem disponendum sit.*

ipse testator, quando totam hæreditatem legatis ex-  
 hauserit, tacite hanc conditionem subintelligere  
 censetur; Nisi hæres quartam deducere secundum  
 legis dispositionem voluerit. Nihil obstat. *L. 5. §. 15.*  
*ff. de Donat. inter vir. & uxor.* Neque enim ex ea  
 naturalis quædam obligatio exculpi potest; cum  
 sermo ibi sit de eo, quod sponte facere possit hæ-  
 res; & qua voluntas testatoris ex verbis ela-  
 ceat. Frustra etiam objicitur *l. 1. §. ult. C. ad L. Eruitur sen-*  
*Falcid.* Neque enim hæc leges de quadam necessi-  
 tate & obligatione loquuntur; sed de præstatio-  
 ne integrorum legatorum ex libera voluntate  
 profecta; per quam hæres Juri suo detrahendi  
 quartam tacite renuntiare videtur; quod cuilibet  
 facere permissum per *l. 29. C. d. Pact.*

*Testator hæ-*  
*reditatem*  
*legatis ex-*  
*hauriens ta-*  
*citam quasi*  
*conditio-*  
*nem addit.*  
*Respondetur*  
*ad L. obf.*  
*sus l. 1. §.*  
*ult. C. ad L.*  
*Falcid.*

§. XI.

Frustra etiam in hunc censum refertur, si hæ-  
 res ex testamento debitis solemnitatibus destitu-  
 to alii hæreditatem restituere jussus fuerit; hoc  
 casu in conscientia ligari putant hæredem; ut  
 voluntati defuncti satisfaciat, adigi autem ad hoc  
 jure civili non posse. Enimvero neque hic ulla  
 naturalis obligatio ad restitutionem faciendam  
 hæredem urget. Cum enim testamentum tale  
 ipso jure sit invalidum; ne naturaliter quidem ex  
 eo legatariis & fideicommissariis quicquam debetur.  
 Existimat quidem *Huber. Præl. ad Inst. Tit. de oblig.*  
*non absolute hic obligari conscientiam; sed recte re-*  
*spon-*

*An hæres ex*  
*testamento*  
*non ritè con-*  
*fecto heredi-*  
*tatem alii*  
*restituere*  
*teneatur in*  
*conscientia?*  
*Quod multi*  
*existimant.*  
*Sententia*  
*tamen con-*  
*traria de-*  
*senditur.*

C

*Nulla datur obligatio, qua non stringat conscientiam. Quamvis aliter sentire videatur Huberus. Cujus opinio refellitur. Adduntur rationes Maestertii pro liganda conscientia heredis.*

spondit Dn. *Thomasius in Schol. ibi* hanc plane non fore obligationem naturalem, quæ conscientiam haud liget. Regerit quidem *Huber. dari obligationem naturalem, qua commendet observantiam sui, non imperet.* Enimvero hoc in moralibus nullo modo admitti potest; quippe nulla concipi obligatio potest, quæ non includat vinculum aliquod, & necessitatem agendi. Executi etiam hic merentur ea, quæ pro adstringenda hæredis conscientia affert *Maestertius.* Ita verò ille in *Tr. d. Iust. LL. Rom. Quamvis lex Civilis, que testamentariam solennitatem invenit, justa sit, obligetque conscientiam, tamen illud præter legis intentionem operari nihil potest, que tantum illos efficit, qui in voluntate minus solenni se fundant, ut arceantur justè, etiam coram DEO, cum testator legem, ob publicam utilitatem inductam, neglexerit.* Sed nostrum dubium est de conscientia heredis, cui comperium, quid testatori, pleno rerum suarum moderatori, & arbitro placuerit; quapropter si non legitimum, nature saltem, & conscientie nascitur debitum, vel autoritate ejusdem legis, que fundantes se in minus solenni testamento repellit. Enimvero non apparet, quomodo hæc inter se cohæreant. Nam si Lex, quæ legatarios, & fideicommissarios arceat, justa est, & conscientiam stringit; nulla ratio est, cur ipsis obligatus hæres videri queat. Certum est præterea, non esse definitum Naturali Jure, qua ratione, & quibus solennitatibus ultima elogia condenda sint; sed omnem hanc rem determinationi legislatoris humani relictam esse; & hoc ita quidem, ut ex actu civi-

civilibus solennitatibus destituito nullus consequi effectus, ne quidem naturalis debeat. Neque etiam dici possum ad aliquid præstandum adstrictus esse, ad quod jus omne alteri per legem ademptum est.

Ex quo facile colligitur, parem hoc casu rationem esse conscientiaë legatarii vel fideicommissarii, atque heredis; ut quemadmodum illi petere nihil ex testamento queunt, ita nulla hunc obligatio ad aliquid præstandum adigat. Neque ad rem facit, quod heredi compertum sit, quid testatori pleno rerum suarum moderatori, & arbitro placuerit.

Ex hac enim scientia nulla obligatio exculpi potest, cum pari ratione meminisse queat hæres, facultatem de rebus suis disponendi, legibus circumscriptam esse, adeoque tale testamentum, quod de-

fecto haberi, nullamque fortiri effectum; ut proinde animo moralibus præceptis recte instructo vaneus ejusmodi scrupulus subnasci nequeat. Neque aliquid momenti subest in ratione à Mastertio subjun-

cta, quod hæres, si solverit, quod ex simili testamento ud ejusdem debetur, non habeat conditionem indebiti, quasi satisfactum esse videatur ex conscientia relicti fideicommissi defuncti voluntati, uti loquitur l. 2. C. d. Fideic.

Sanè Hæres cum enim si hæres, comperta nullitate testamenti, nihilominus legata & fideicommissa præstet, omni juri suo renuntiat, quod cuique licet facere per l. 29. C. d. Pat. adeoque frustra deinde ad conditionem indebiti confugit. Cum enim quis donare alteri queat, multo magis ex voluntate defuncti, utur non ritè declarata, aliquid in eum transferre poterit

*Quemadmodum ex testamento invalido nihil peti potest, ita nec præstare aliquid hæres tenetur.*

*Nova ratio Ad eam responsio.*

*Diluitur aliud dubium.*

*Sanè Hæres cum ex testamento invalido legata præstet, juri suo tacite renuntiare videtur.*



terit. a. l. 21. ff. d. R. 1. Quæ subjicit Mestertius de testamenti factione, utrum ejus origo ex Jure Gentium, an Civili repetenda sit, nihil ad insti-

*Diluitur du-  
bium ab  
obligatione  
beneficiarii  
petitum.  
Pupillus in-  
fantia ma-  
jor ad red-  
dendum mu-  
tuum, quod  
acceptit, in  
conscientia  
tenetur.  
Fœmina pro  
alio interce-  
dens natu-  
raliter obli-  
gatur.*

tutum faciunt. Neque huc quadrat obligatio ad re-  
munerandum; nam obligatio ad gratitudinem benefa-  
ctori declarandam sine dubio fringit, ut supra ostendi-  
mus. Præterea si pupillus infantia major mutu-  
um sine autoritate tutoris acceperit; naturaliter  
quidem ad illud reddendum tenetur, sed naturalis  
illa obligatio nullum in foro civili producit effe-  
ctum. L. 59. ff. de O. & A. v. tamen Huberum p. 345.  
quod in sine & ibi Thomaf. pari ratione fœmina, quæ pro  
acceptit, in alio intercedit, sine dubio naturaliter obligatur;  
conscientia civilem tamen effectum ea fidejussio non habet;  
tenetur. ita disponente SCto Vellejano, l. 16. §. 1. ff. ad SCt.  
Fœmina pro Vellej. Unde si quid ex tali intercessione solyerit  
mulier, id repetere indebiti conditione potest.  
v. L. 40. ff. de Cond. Indeb. Add. Eranzk. Dissert. de  
oblig. tb. 13.

§. XII.

*Aliquando  
Jus Civile  
obligatio-  
nem natura-  
lem non pla-  
ne negligit,  
sed remisso-  
res quosdam  
effectus eide  
tribuit.*

Quandoque vero jus Civile obligationem na-  
turalem non plane negligit; sed ei non afficit; ut  
aliquem quidem, non tamen plenum eidem effe-  
ctum in foro civili tribuat; utputa, cum denegat  
actionem, alios autem remissiores effectus tribuit.  
Effectus autem isti sunt varii; utputa quod ejusmodi  
obligatio producit exceptionem L. 7. pr. ff. de Pact.  
recipit constitutum L. 1. §. 2. ff. de Const. pecun. exclu-  
dit conditionem indebiti L. 13. L. 26. §. 12. ff. de Cond.  
Indeb.



*Indeb. L. 10. ff. de O. & A.* debitum ex tali obliga- *Recensentiar*  
tione dependens compensationem recipit, *L. 6. ff. nonnulli ef-*  
*de Compens. item novationem. L. 1. §. ult. ff. de Novat. fectus.*

In hunc censum referenda est præsertim obligatio, *Quod refer-*  
quæ ex pacto nudo oritur. Cum enim omnes conventio- *tur obliga-*  
nes animo deliberato in itæ obligationem naturalem *tio, que ex*  
producant, vid. *Pufend d. J. N. & G. L. III. C. 6. §. 1.* apparet, *pacto nudo*  
eundem effectum pacto quoque nudo competere, *oriuntur.*

Enimvero Romani non quemcunque contrahendi *Non omnia*  
modum volebant efficacem esse ad pariendam, *pacta jure*  
in foro Civili actionem; unde quibusdam quidem *Romano*  
contractibus robur per specialem legem confirma- *actionem*  
tionem, vid. *l. 35. C. d. donat. l. 1. ff. d. const. pec. l. 6.* *producent.*

*C. d. dot. prom. l. 1. ff. d. pign. act.* aliis per vicini-  
am contractuum, quibus adjicerentur, accessit. *l. 7.*  
*§. 5. ff. d. pact.* Reliqua inermia citra præsidium ali-

quod civile relicta sunt; nisi quod exceptio, aliique *Que legum*  
remissiores effectus ex iis nascantur. Neque verò *Civilium*  
circa hanc Legum Romanarum dispositionem quic- *dispositio*  
quam rectè desideres. Neque enim, ut supra fu- *iniquitatis*  
itius ostensum est, legislatori humano ulla necessi- *non rectè*  
tas incumbit, ut obligationes omnes naturales au- *arguitur.*

xilio civili munit; sed respiciendo ad salutem at-  
que tranquillitatem civitatis suæ æstimabit, quibus  
obligationibus publicè interfuit, effectum in foro tri-  
bui. Unde sibi imputer, qui modum contrahendi  
per stipulationem jure Civili introductum neglexit,  
& nudam atque simplicem conventionem in itæ.  
Quam de nudis pactis materiam, cum Dn. Præses in  
nupero Progr. ex instituto evolverit, eidem diutius  
non immorabor.



## §. XIII.

Quid sit  
obligatio  
mixta?  
Hæc ali-  
quando  
non nisi præ-  
sumta æqui-  
tate nititur.

Talis est  
obligatio ex  
re iudicata.

Ex iureju-  
rando vo-  
luntario.

Item ex con-  
fessione judi-  
ciali.

Obligatio  
mixta est  
vel civilis,  
vel Prætoria.

Quando obligatio ejusmodi naturalis per le-  
gem confirmatur ad effectum producendi actio-  
nem, *obligatio mixta* vocari solet; quod vinculo  
partim naturali, partim civili munita sit. l. 7. §. 12.  
ff. d. Pact. Ubi notandum, pro mixta obligatione,  
sæpe in foro Civili haberi etiam eam, quæ non-  
vero, sed præsumto tantum vinculo naturali ad-  
stricta est. Cujus ratio ex eo dependet, quod  
forum externum non nisi eorum rationem habet,  
quæ legitimè probata, signisque externis confir-  
mata sunt; ad rei veritatem, quæ sæpe in obscuro  
hæret, non semper penetrat. Itaque obligatio,  
quæ ex *re iudicata* oritur, mixta est, atque ad satisfac-  
ciendum ei compelluntur partes, quamvis fortasse  
iudicis sententia à veritate facti diverterit. Præ-  
sumtio enim pro ea militat, quæ eousque vires  
habet, donec de contrario per legitimas probatio-  
nes constet. l. 25. ff. d. Stat. hom. Sic ex iurejuran-  
do voluntario & obligatio & actio oritur, unat for-  
tasse falsum juratum sit. l. 2. ff. d. Jurej. l. 5. §. 2. ff.  
eod. Item huc pertinet ea, quæ ex confessione  
judiciali descendit, obligatio; nam & hæc præ-  
sumta æquitate nititur. l. 3. §. 4. ff. d. confess. & sibi  
imputet, qui falsus est in iudicio, quod fortasse à  
vero abhorrebat. Est verò hæc obligatio mixta  
alia Civilis, alia Prætoria. Illa Jure Civili strictè  
sic dicto introducta, vel saltem confirmata est. §. 1.  
f. d. Obl. §. 2. f. d. J. N. G. & C. Hæc ex Præto-  
ris jurisdictione descendit. vid. §. 3. f. d. Act. l. 1. ff. d.

Conff



Const. pec. add. Sorvend. ad Eckb. t. d. O. & A. §. 9. v. di-  
viditur. De obligatione merè Civili, quam vulgo  
statuunt, infra pluribus agemus.

§. XIV.

Progredimur jam ad ea, quæ modum trans-  
ferendi dominium Jure Civili determinatum con-  
cernunt. Ut verò rectè atque evidentè appareat,  
quousque hîc leges positivæ à Naturalibus diver-  
tant, accurate expedienda est quæstio, quæ in con-  
trarias planè partes Juris Interpretes distraxit: *An*  
*secundum Jus Nature solis pactis dominium transferri*  
*queat?* Ubi separanda esse existimamus, quæ valde  
distincta sunt, dominium & possessionem. Certum  
enim est, id effici per sola pacta haud posse, ut,  
quicquid nobis placuerit, circa rem, quæ ad nos  
derivatur, in effectum possimus deducere; adeoque  
dominii effectus plene statim se exercere queant.  
Neque enim per conventionem nudam res sub ali-  
cujus potestatem redigitur, ut disponendi de ea  
facultatem actu exercere possit; ad hoc  
enim sine dubio traditio, atque actualis apprehensio  
requiritur. Quin autem citra traditionem sola  
conventionem transire possit dominium, quatenus  
cum possessione haud est conjunctum, & prout  
tantum ut quantitas moralis spectatur, nullum vi-  
detur esse dubium. Imo & citra ullum pactum,  
per solam legis dispositionem transferri potest;  
quod contingit in legatis, quorum dominium  
ad legatarios per mortem testatoris transit, quam-

*Fit Progres-*  
*sus ad aliam*  
*hujus argu-*  
*menti mate-*  
*riam.*  
*An Quer. An*  
*naturaliter*  
*dominium*  
*per sola pa-*  
*cta transire*  
*queat?*  
*Ubi domini-*  
*um probe se-*  
*parandum à*  
*possessione*  
*est.*  
*De dominio*  
*affirmatur,*  
*quod pacto*  
*transferri*  
*possit.*  
*Quod ex eo*  
*probat,*  
*vis*



quia per so-  
lam legis  
dispositio-  
nem ali-  
quando  
transit.

Materia hac  
J. N. est in-  
differens.

Pufendorfi  
verba citan-  
tur.

Contra  
quem defen-  
ditur Jus Ci-  
vile, quod ad  
translationem  
dominii  
traditionem  
requirit.

vis hæredis traditio subsecuta haud sit ; unde etiam præter hypothecariam, atque personalem ex testamento actionem rei legatæ vindicatio ipsis competit, §. 2. J. de Legat. Ex quibus liquido constat, solo pacto translationem dominii fieri posse. Quia vero nullum J. N. præceptum subigit, per conventionem præcise rerum dominia in alios derivare, manifestum est, hanc materiam Jure N. indifferentem esse, adeoque ab arbitrio civilis legislatoris pendere, utrum sola pacta jubeat sufficere ad dominii translationem, an vero præterea traditionem requirere velit. Nullius ergo iniquitatis recte arguitur Jus civile, quod ante traditionem dominium penes venditorem remanere jussit. Quo loco breviter excutienda veniunt, quæ in contrarium Pufendorsius habet. Ita autem ille in Tr. de J. N. & G. L. IV. C. 9. §. 8. Neque tamen propterea admitti necessum est, alienanti ante traditionem, dominium aliquod imperfectum superesse, nisi dominium valde à voce velis vocare meram facultatem physicam, super re aliqua de facto disponendi citra facultatem moralem. Enimvero nullum præceptum J. N. demonstrari potest, quo alienanti post venditionem perfectam, nonnisi facultas aliqua, physica relinquatur, omni virtute morali destituta. Nihil ergo impedit, quo minus lege civili constituatur, ut post venditionem perfectam, antequam fuerit facta traditio, dominium etiam proprie tale, penes venditorem remaneat ; adeoque is omnes dominii effectus morales exercere, et per novam venditionem traditione munitam in posteriorem, emptorem rei venditæ dominium transferre queat. Sed



Sed urget Pufendorfius, quod post pactum completum, Dilatur ob-  
 seu post jus pacto in alterum translatum, res statim ad seclio Pufen-  
 alterum pertineat, & alterius gratia esse incipiat; & dorfiانا.  
 alienans nullum circa eandem actum possit legitime exer-  
 cere, nisi qui faciat ad possessionem alteri tradendam.  
 Atqui suo jure utens nemini facit injuriam. Cum  
 ergo Lex Naturæ in neutram hic partem pron-  
 untiet; sed inter res indifferentes reponat; in  
 aprico est, citra iniquitatem Jure Civili sancitum,  
 esse, ut rei venditæ dominium, ante traditionem,  
 penes venditorem consistere debeat. Quo casu uti-  
 que venditor non solum de re disponendi physicam,  
 sed etiam moralem facultatem habet. Neque aliud  
 nisi personale jus dici potest in emtorem collatum;  
 quod non impedit, quominus in aliquem tertium,  
 per traditionem ex titulo ad transferendum do-  
 minium habili profectam, rei proprietas transeat.  
 Ex quo consequitur, legitimum actum fore non solum  
 eum, quem venditor circa tradendam rei ven-  
 ditæ possessionem suscipit; sed etiam illum, quo per  
 traditionem jus reale in aliquem confert. Falsum  
 ergo est, quod subjicit, si quid præterea circa eam rem  
 ante traditionem disposuerit, id de facto & non velut  
 ex jure domini eum agere; nisi id actum sit inter  
 partes, ut per ejusmodi conventionem solam do-  
 minium transiret; eaque conventio non sit civili  
 jure improbata. Neque huic rei quicquam obstat,  
 quod traditio fieri debeat ex necessitate: Quippe neces-  
 sitas hic alia non subest, quam quæ supponit, rem  
 adhuc à venditore detineri, adeoque eum facultatem  
 habere, eam tradendi; quo ipso non excludi-

Per vendi-  
 tionem non-  
 nisi sus per-  
 sonale in em-  
 torem tran-  
 sit.

Respondetur  
 ad aliud du-  
 bium.

Non magni  
 momenti est  
 dubium à  
 tradendi ne-  
 cessitate do-  
 sumptum.

D

tur

tur facultas ante traditionem priori emptori factam  
eiusdem dominium in alium transferendi.

§. XV.

*Notatur  
Vinnius.*

Præter ceteros contendit *Vinnius ad §. 40. l. d. R. D. solâ conventionem ne quidem jure gentium rerum dominia transferri.* Neque vero alia nisi hac ratione innititur, quod nemo ex ratione juris gentium facto suo rem, sive ea nullius sit, sive alterius, acquirat; nisi cujus potestati & imperio subjecta sit, quod ita quisque consequatur, si eam apprehenderit, si possessionem ejus nanciscatur. Enimvero dominium à possessione se jungi posse, manifestum est; neque ad dominium consequendum corporalem, apprehensionem semper requiri constat; quamvis largiendum sit, ante traditionem non ita rem nostræ potestati subesse, ut de ea libere possimus disponere.

*Ad domini  
acquisitionem non  
semper ap-  
prehensione  
opus est.*

§. XVI.

*Transiens  
ad materi-  
am promisso-  
rum, que  
per vim ex-  
torra sunt.  
Jure N. in-  
valida ejus-  
modi pro-  
missa sunt.  
Quod pro-  
batur.*

De promissis pactisque per vim extortis dubia disceptatio videri potest, utrum Juri Naturæ cum Civili conveniat? Certum enim est juxta jus civile stricte dictum obligationem ex tali promisso nasci, cujus virtutem deinceps Prætor, suggerendo exceptionem elisit. Enimvero quomodo hoc casu Jus Naturæ promissori obligationem impingat, non apparet. Cum enim per manifestam Juris N. dispositionem quisque metum injustum alteri incutere prohibeatur; non potest

test eodem jure facultas tribui, ex metu illato al-  
 terum obligandi, atque ex eodem lucrum faciendi.  
*add. L. 116. ff. d. R. 7.* Expeditum præterea est,  
 nullam intelligi obligationem posse, cui non re-  
 spondeat in promissario jus exigendi, quod debetur;  
 Jus vero tale illicitis mediis acquiri non posse, con-  
 stat. Adeoque non sufficit, in promittente omnia  
 requisita concurrere, quæ in obligatione contrahen-  
 da adesse debent, sed penes eum, cui fit promissio,  
 existere præterea debent requisita, jus aliquod  
 ab altero acquirendi; Jus vero tale excluditur per  
 injuriam, ex metu illato profectam. Cumque jus  
 Naturæ cuique restitutionem damni dati injungat;  
 stolidum fuerit, ubi in loca tuta evaseris, solvere,  
 quod promissisti, & deinde solum à latrone repe-  
 tere. *add. Pufend. d. 7. N. & G. L. III. C. 6. §. 10. seqq.*

*Ad parien-  
dam obliga-  
tionem ab  
utraque  
parte certa  
requisita  
adesse de-  
bent.*

§. XVII.

Enimverò Pufendorffii philosophiam, qua in  
 enodanda hac quæstione utitur, impugnandam sibi  
 sumit novissime *Uffelmannus in Tr. de Jure, quo homo manno im-  
 homini in sermone obligatur, Cap. VII. th. 5.* Is ergo  
 contra Pufendorffium contendit, pactum cum latrone  
 inquit vim obligandi non habere ex ipsius jure, quod  
 nullum est; sed ex voluntate & consensu ejus, qui facul-  
 tatem promittendi habet, etsi agre promittat. Atqui  
 nulla virtus obligandi inest promisso, quod recte  
 acceptare promissarius haud potest. Quemadmo-  
 dum enim promittens habilis esse debet ad contra-  
 hendam obligationem; ita à parte alterius, qui

*Ejus ratio.  
Quæ refel-  
liur.*

cum pacifcor, nullum impedimentum obfcare debet, quo minus fibi jus aliquod ex mea promiffione, quærere poffit. Sic adverfus belluas nulla in nobis obligatio nafci potefc, quamvis omnia contrahendæ obligationis requifita in nobis adfint; quod nimirum acceptandi facultas in iis deficit. Illud valde jejunum, quando fubjungit, *latroni jus, quod antea non habebat, parere ipfam promiffi naturam & fidem.* Pari enim ratione dici poffet de belluis, quamvis non fint idoneæ ad jus acquirendum, jus tamen ipsis per promiffionem hominis nafci. Metus, quem adhibet latro, intercipit in ipfo facultatem, jus tale acquirendi. Non enim fufficit recte promittere, nifi alter recte acceptare queat, quod eft promiffum. Neque ad rem aliquid facit, *quod latro fit homo; homines autem omnes, qui ad rationis ufum pervenerunt, capaces fint juris ex promiffio.* Nam adquirendum fuerat, nifi ex alio capite inhabilis ad acquirendum fuerit. Præterea illa negotia, quæ latro tanquam communis hostis contrahit, feparanda, funt ab his, quæ extra metum, ut alius homo, inicit. Hæc enim efficaciam ad pariendam obligationem effe, à nemine hæcenus in dubium vocatum eft. Ubi vero latro cominus mihi grave malum intentat, omnemque adverfus me obligationem abrumpit; adeoque plane infociabilem fe præftat, exigere à me haud potefc, ut cum ipfo tanquam homine agam, & naturalia erga ipfum officia ftudiofe exerceam. Nam quatenus latro omnem hoftilitatem promittit, vitæque & bonis meis violenter inhiat, ut homo, hoc eft, ut animal sociale fpectandus haud eft; adeoque facult.

*Aliud ejus argumetum diluitur.*

*Diftinguntur negotia à latrone contracta.*

cultatem ex meo facto jus aliquod sibi quærendi non habet.

§. XIII.

Nihil ad sententiam Pufendorffii oppugnandam facit, quod Uffelm. ait: *cum, qui ultero cum latrone paciscitur, quem talem novit; eo ipso censeri renuntiasse exceptioni illi, quam ex persona ipsius petitam validitati promissionis potuerit opponere.* Apparet enim, Pufendorffium loqui de casu, quo quis cum latrone extra metum, ultro paciscitur; ubi erga ipsum tanquam æque hominem socialitatis officia utrique exercenda sunt. Neque diffitemur, ex hoc constare, *Latronem non esse omnis juris ex promisso incapacem*; at hoc ad illa promissa restringendum est, quæ latroni, quatenus homo est, seu prout nullam hostilitatem exercet, fiunt. Quamvis enim tum quoque opponere quis videatur posse latroni, quod genus vitæ socialitati inimicum exerceat; quia tamen hanc exceptionem omittit, & sponte citra ullam coactionem aut periculum ab eo intentatum, ad paciscendum accedit, ei utique tacite renuntiasse censendus est. Neque vero hæc ratio valet in illis promissis, quæ latro tanquam hostis per vim extorquet. Hic enim alteri imputari haud potest, quod promiserit; quia ad id metu injusto compulsus est. Sicuti multum interest, utrum quis sponte & citra ullam necessitatem invito domino res ejus contrectaverit; an ad extremam famem levandam aliquid abstulerit. Quæ in sequentibus habet de virtute religionis in jurejurando latroni præstito, ex falsa hypothese oriuntur, quasi

*Argumentum à tacitæ renuntiatione. Ad illud responsio.*

*Latro non omnis juris incapax est.*

*Quod secus in promissis metu extortis.*

*In jurejurando non nisi una obligatio subsistit.*

*Defendun-  
tur alia, quæ  
Pufendorfi-  
us habet.*

quasi duplex in juramenti obligatio subfit; una, adversus Deum, altera adversus hominem; quod commentum ab accuratioribus jam dudum exploratum est. Quæ vero de compensatione *Pufendorfius* habet, non nisi ad illustrationem pertinent, atque, ira accipienda sunt, si vel maxime detur, quod tamen falsum est, obligationem aliquam ex tali promisso nasci, eam velut tolli per compensationem, quod naturaliter quisque ad damni dati compensationem adstrictus fit; ubi citra rationem *Uffelmannus* putat, compensationi huic etiam tacite à promissore renunciatum esse; quod vel ex eo satis apparet, quia saltem strictissimæ interpretationis obligatio talis foret, adeoque nullam ejusmodi tacitam renunciationem admitteret.

### §. XIX.

*Notatur sen-  
tentia Hu-  
beri.*

Ex dictis apparet, facili labore discuti etiam ea posse, quæ contra hæc habet *Huberus Præl. ad Inst. Tit. de Except. §. 4.* ubi contendit, ipso quoque naturali jure efficacem esse obligationem vi metuq; elicitam; quod ex eo probare annititur, quia actus, qui per vim metuq; contrahuntur, sicut *cu wegung*, cum prævia deliberatione & electione, ideoque esse voluntarios. Enimvero ad contrahendam obligationem non sufficit, omnia in me requisita adesse, nisi is, cui fit promissio, ad me obligandum, & sibi jus ex tali promisso quærendum habilis sit. Quamvis non eamvis inficias, actionem ejusmodi, qua ad declinandum gravius malum, quod cominus intentatur, aliquid promittitur, aliquid ex spontaneo trahere, quatenus profen-

*Actio metu  
suscepta ali-  
quid sponta-  
nei habet.*



fenti conditione promittere, quam vitæ periculum adire satius quis ducit. At enim ex omni promissione, quæ aliquid spontanei involvit, obligationem nasci, falsum est. Sed excuti etiam merentur, quæ in se sequi. Ille habet. Nam ait: *Ejusmodi promissionem naturaliter quidem valere; sed in ipso etiam Jure Naturæ quandam Equitatis speciem à jure distinctam esse, si modo bene explicetur; Ubi ambiguum est, quid per æquitatem intelligatur. Quatenus enim iniquitati opponitur, extra dubium est, juri Naturæ æquitatem inesse; quippe quod nihil rationi & socialitatis saluti adversum disponit. Quod si autem æquitas naturalis ipsi juri Naturæ opponitur, nihil aliud notare potest, quam materiam jure Naturæ plane indifferentem, quæ tamen ad alterutram moralitatis partem, quam ad alteram magis accedere videtur. Qualis æquitas huc plane non pertinet; cum nobis de dispositione Naturalis juris sermo sit. Nihil ergo affert Huberus, quando ait: Jus summum Naturæ propter actum voluntatis, obligationi adhibitur, valere dicitur id, quod actum est; Idem ob evidentem æquitatem non patitur, obligationem habere effectum.* Neque enim obscura hæc est contradictio, obligationem aliquam per legem impingi; & per eandem tamen ipsi effectum adimi. Quicquid præcipit vel prohibet Deus per legem Naturæ, hoc vult effectum saltem naturaliter sortiri; adeoque ejusmodi æquitas, per quam veluti vi exceptionis effectus obligationis elidatur, inane commentum est, omnique fundamento destitutum. Quæ ab aliis, ut puta Grotio, atque Hobbesio objiciuntur, discutit. Pufendorf. c. 1.

Quid æquitas sit, exponitur.

Excusatur alia quædam Huberi verba.

In iis contradictionem inesse, ostenditur.

## §. XX.

*An circa materiam innominatorum contractuum jus Civ. Naturali adversum sit? Ob quas rationes hoc aliqui velint?*

Circa contractus innominatos disceptari solet, utrum juri Naturali dispositio Civilis adversa sit? Constat enim, jure Romano constitutum esse, ut quamdiu ab altera parte datio vel factum subsequutum non est, tamdiu alteri penitere liceat, quamvis jam dederit. *l. 3. §. 2. l. 5. pr. ff. d. Cond. et. caus. dat. l. 4. 6. seq. C. d. Rer. permut. Habn. ad Wesenb. t. d. Praescrip. verb. n. 2.* Qua in re conciliari non posse leges civiles cum Naturalibus multi existimant; quod utique hic adsit utriusque partis in idem consensus, qui efficiat, ut à negotio semel contracto uni parti alterà invitâ recedere non liceat; praesertim cum non versetur in nudo aliquo pacto, sed contractu, qui in se causam & negotium aliquod habeat. *l. 7. §. 1. 2. ff. d. pact. l. 5. ff. d. P. V.* Enimverò nihil quicquam in hac dispositione subest, quod dictatis naturalibus repugnet. Primo enim, si nulla datio aut factum intervenerit, non est contractus innominatus, sed tantum conventio de dando vel faciendo, ut vicissim aliquid detur, vel fiat; cum omnes contractus innominati reales sint, neque substantiam suam à solo consensu accipiant. Ex tali verò conventionem, antequam datio aut factum intercesserit, propterea nulla actio jure Rom. oritur, quòd nudum pactum complectitur, ex quo opus haud esse, ut praecise actio in foro detur, in superioribus jam demonstratum est. Neque etiam datio aut factum ab una parte interveniens obligationem bilateralem citra dispositionem Civilem inducit. Qui enim dedit, non eo animo atque intentione dedit, ut obligationem

*Offenditur, nullus iniquitatis argui hic jus Civile posse.*

*Quis effectus sit dationis, aut facti in contractibus innominatis?*

nem ipse contraheret, sed ut alteri vinculum quasi injiceret, & ab ejus parte poenitentiam excluderet. Conf. Böckelm, ad ff. t. d. Condict. caus. dat. n. u. Quare si è re sua duxerit, resilire à negotio, antequam alter ex sua parte contractum impleverit, non apparet, quæ iniquitatis nota affricari ipsi propterea queat; & sibi alter imputet, quòd implementum distulit, neque maturius contractui satisfecit. Add. Hopp. Comment. ad Inst. t. d. Oblig. §. 2. N. innominati.

§. XXI.

Quo loco excutienda est singularis opinio *Ma. Notatur* *Mestertius.* *bertii*, qui in *Tr. d. Inst. LL. Rom.* propugnare instituit, contractus innominatos ante ullam dationem aut factum etiam Jure Rom. obligationem Civilem parere. Sententiæ suæ præcipuum fundamentum quærit in *l. 7. §. 2. ff. d. pact.* ubi *Ulpianus* ait: *Sed etsi in alium contractum res non transeat, subsistit tamen causa, eleganter Aristo Celso respondit, esse obligationem.* Enimvero facile apparet, nullum alium esse legis hujus sensum, quam interveniente *Erucitur sensus. 7. §. 2. ff.* causa, h. e. datione vel factò, non opus esse, ut *d. pact.* contractus præcise nominatus celebretur; sed nihilo secius obligationem ex eo nasci. Regerit equidem *Mestertius*, per causam hîc intelligi non posse *Quid per causam intelligatur?* dationem, aut factum, quia ut datio, aut factum producat obligationem; nullam requirat conventionem; in dicta verò lege causa respiciat conventionem, id quod appareat ex §. 4. verbis: *Cum nulla subsistat causa propter conventionem.* At enim verum qui

E

qui

quidem est in genere, dationem aut factum etiam ci- tra expressam conventionem obligare posse, per l. 206. ff. d. R. I. & t. t. ff. d. Cond. indeb. Falsum autem est, si agatur de ineundo contractu innominato, qui sanè præter dationem, & factum etiam conventionem re- quirir, utpote qualis in omni contractu vero adesse debet. Unde dicitur *causa subesse propter conventionem*, quando aliquid datur, vel fit propter conventionem, quæ inita est, quæ duo coniuncta contractum inno- minatum constituunt. Unde in dicto §. 4. sermo est de pacto nudo, cui actio deneganda sit, quia nulla sub- sit causa propter conventionem, h. e. quia simplex & nuda in eo, conventio sit datione & facto destituta.

*Explicatur §. 4. d. l.*

*Datio vel factum ad formam ad contractuum innominatorum pertinet.*

*Respectus mutue præstationis non inducit obligationem.*

*Citantur alia Mestertii verba.*

Falsum ergo est, quod subjicit *Mestertius*, dationem & factum non nisi complementum contractuum innomi- natorum esse; cum omnes contractus innominati reales sint, adeoque ad sui constitutionem talem causam requi- rant. Exemplum ab emptione venditione desum- ptum inane est, cum empro venditio contractus con- sensualis sit, cujus forma solo consensu absolvitur; qua- lis nullus contractus innominatus est. Ex quo etiam illud consequitur, *respectum mutue præstationis* non posse dici causam obligationis; sed ipsam dationem, aut factum ab una parte præstitum. *Srrw. IPr. R. G. L. III. T. 3. n. 3.* Talis enim respectus mutue præstationis etiam in nudis pactis occurrit; quorum tamen natu- ra à ratione contractuum innominatorum longissime recedit. Urget *Mestertius*: *Συνάλλαγμα, cum partes æquâ lance teneat, ex complemento unius constitui non posse.* Ergo ex conventionem utriusque; alioqui etiam illud imple- mentum, quod est effectus obligationis, fieri ejusdem obli- gatio-



gationis causam; quod sit inceptum. Enimvero *συνάλλαγμα* In quo con-  
 non nisi eo sensu partes aequali vinculo adstringit, quod *σίστασιν*  
 aliquid datur, aut fit, sub lege mutuae praestationis; ex *λεγμα*.  
 quo haud consequitur, causam obligationis demum,  
 per dationem, aut factum ex utraque parte subsecu-  
 tum constitui; sed quando conventioni de dando aut  
 faciendo, ut vicissim aliquid detur, vel fiat, ipsa datio  
 aut factum accedit, adest jam *συνάλλαγμα*, h. e. ex ista  
 datione, aut facti praestatione altera pars ad contra-  
 ctum vicissim ex sua parte implendum adstringitur.  
 Neque in recessu quicquam habet distinctio inter ali- *Rejicitur di-*  
 qualem & omnimodam negotiorum perfectionem, *stinctio Me-*  
 ad quam *Mesertius* confugit. Nulla enim planè per- *stertii*.  
 fectio tribui contractui innominato potest ante da-  
 tionem, & factum ab una parte praestitum; sed ne-  
 gotiorum intra terminos simplicis conventionis, & nu-  
 di pacti subsistit. Nihil ad rem facit *l. 13. §. 8. ff. d. Respond. ad*  
*action. emp.* Ex ea enim hoc solum consequitur, pos- *l. obs.*  
 se aliquando negotium planè perfectum in sua natura  
 esse, ut tamen agere ex eo nequeat, nisi qui ex sua  
 parte eidem satisfecerit, cum alias exceptione non  
 adimpleti contractus repellatur; quod utique largi-  
 mur; applicari verò ad institutum non potest, nisi  
 negotia consensualia cum contractibus innominatis  
 confundere velis. Reliqua argumenta, quibus ad  
 evincendam opinionem suam utitur *Mesertius*, nihil  
 planè difficultatis habent.

§. XXII.

In delictis puniendis certum est, non eam esse au-  
 thoritatem Juris Civilis, ut ultra, quam reatus progre-  
 ditur,

ditur, pœnam extendere queat. Omnis enim pœna proprie sic dicta infligi debet ob meritum, cujus fundamentum est sua cujusque voluntas, qua motu spontaneo ad factum contra leges suscipiendum pervenit. Qui ergo à reatu immunis est, citra summam iniquitatem malo aliquo multari haud potest, *add. L. 26. ff. de poen. § L. 22. C. eod. Tor. Tit. C. Ne fil. pro Patre.* Ex quo ulte-

*Ostenditur, ob alienum delictum non posse alicui auferri, ad quod jus proprium habet.*

*Secus est in eis, ad quos consequenda non nisi spes adest.*

*Quo casu sensus aliene pœne ad aliquem pertingere potest.*

rius consequitur, propter alienum crimen non posse alicui auferri, ad quod jus proprium habebat; hoc enim foret ipsi reatum alieni delicti impingere. Ubi vero pro præsentis statu nullum alteri jus competit, sed tantum spes est, fore, ut certa conditione impleta, jus tale consecuturus sit; nihil prohibet, spem talem à Jure Civili præcidi; dum nempe intercipitur illa conditio, citra quam nullum alter jus habiturus fuerat. Quod incommodum non rationem pœnæ habet, sed per quandam consecutionem ex alterius delicto & pœna ipsi propterea inflicta venit; sicubi quis ob delictum à se admissum gravem multam solvere teneretur, damnum inde per consequentiam sentiunt, ad quos post mortem ejus hæreditas perventura erat; neque enim in bona viventis jus ipsis competeat, nisi sub conditione, si eadem ad ultimum usque spiritum conservasset. Sic quoque cum honores & dignitates in civitate ab Imperantis arbitrio pendent, liquet, posse ipsum ab earum usu aliquem excludere, quamvis nihil admisserit; quoties id aliqua Reipublicæ utilitas postulare videretur. Ex quibus fa-

*Evolvitur l. c. apparet, citra rationem iniquitatis argui famosam Quisquis C. L. Quisquis C. ad Legem Jul. Maj. ubi eorum, qui crimen læsæ*

læsæ majestatis admiserunt, liberi ab honoribus arcentur, aliisque incommodis subjiciuntur. Certe enim ea omnia, quæ ipsis adimuntur, ejusmodi sunt, ut à liberrima dispositione potestatis Civilis pendeant, adeoque pro imperantis arbitrio tribui atque auferri queant. Illud nimis durum, quod in *d. L.* dicitur, debuisse paterno supplicio perire, in quibus paterni delicti exemplum metuatur. Hinc *Grotius* non sine ratione miratur, quis illa verba Imperatori Christiano fuggererit. *L. II. c. 21. Pufendorf L. 8. c. 3. n. 33. Kulpis Col. leg. Grot. ad d. Cap. 1b. 3. § 4.*

§. XXIII.

Ex iis, quæ supra de pactis, quibus civitates co-

luere, dicta sunt, apparet, quâ ratione definienda sint, quæ de obligatione civili à Doctoribus acriter disputari solent. Cum enim jure Naturali quisque Civis ad obsequium legibus suæ civitatis præstandum adstrictus sit, inde liquet, nullam posse obligationem civilem dari, quæ Juri Naturali repugnet. Illud sane non imus inficias, posse de facto legem in civitate sanciri, quæ cum iniquitate conjuncta, legibus Naturalibus adversa sit; verum Lex ejusmodi propter auctoritatem Dei, à quo Jura Naturalia profluxerunt, nullam in subditis obligationem producere apta est; cum inferior contra leges superioris nullam statuendi facultatem habeat. Igitur ne quidem fingi ulla obligatio civilis potest, cui non præsidium aliquod Jus Naturæ circumponat; adeo ut manifeste implicet, obligare civiliter, & tamen contra jus naturæ esse. Quod jam suo tempore animadvertit *Commanus*, cum in comment.

*Consideratur obligatio mere Civilis.*

*Talis circa naturalem æquitatem haud datur.*



Jur. Civ. L. I. C. VI. n. 14. ait: *Civilis obligatio naturalem semper adjunctam sibi habet, quod Jure Gentium obligemur patriis legibus; ut quicquid more nostræ civitatis introduci- tur, id non legitimo tantum, sed etiam naturali vinculo nos alliget; quod quem modum lex civilis fecerit, hunc adstringat, quantum potest, natura.* Unde constat, nullo solido fundamento niti, quæ vulgo à Doctoribus de obligatione mere civili tradi solent, quasi obligatio ejus- modi citra ullam æquitatem naturalem detur. In quem errorem eos illud sine dubio induxit, quod ex negotiis nonnullis Jure N. invalidis actio in foro Civili datur, quæ supponere videtur aliquam obligationem. Enim- vero nullibi J. Naturæ prohibetur, quo minus ex negotio naturaliter invalido aliquantisper nascatur actio, donec causa, propter quam iniquum est, condemnari reum, per legitimas probationes deducta sit. Effectum enim utrumque Jus, & Naturale & Civile excludit. Quare asserere haud dubito, nunquam Jure Civ. vel obligationem, vel actionem nasci, cui non æquitas naturalis subsit. Atque hoc clarius fiet, si quædam exempla obligationis hujus mere civilis, quam vulgo propugnant, adducamus, & quæ in singulis æquitas detur, demonstremus.

*Que ratio sit, cur vulgo obligatio quedam mere Civilis admittatur?*

*Quomodo intelligendum sit, quando promissio per vim extorta Jure Civ. subsistere dicitur?*

#### §. XXIV.

Ita in superioribus prolixè ostensum est, ex promissione per vim & metum extorta, nullam obligationem efficacem nasci, h. e. adstringi non posse promissorem, ut, quod hoc modo promissit, præstet. Neque vero ulla lege Civili aliud est dispositum; unde cum obligatus esse promissor Jure Civili dicitur, hoc non



in eum sensum accipiendum est, quasi ad id, quod promittit, præstandum compelli posset; sed quod actione tantum pulsari queat, à qua tamen, probato metu, mox liberetur. Unde in §. 1. *J. de Except.* cum dixisset Imperator, eum, qui metu coactus promiserit, Jure Civili obligatum esse, adeoque intentata actione conveniri posse, subjicit; *iniquum esse eum condemnari* h. e. obligationem illam proprie talem vocari non posse, utpote quæ sine necessitate præstandi, quod est promissum, intelligi nequit. Neque vero jus Civile ratione desinitur, cum ex ejusmodi promissione actionem concedit, quam tamen opposita exceptio elidat. Quia enim non præsumitur quisquam in civitate per vim coactus ad promissionem esse, conveniens utriusque est, talem promissionem & pactum tantisper sustineri, donec super metu illato iudex cognoverit. *v. Pufend. de J. N. & G. L. III. C. VI. §. 12.* ubi recte subjicit: *Ex hoc non consequi, ejusmodi pacto, ut & aliis negotiis, que per exceptionem peremptoriam possunt elidi, intrinsicam vim obligandi inesse, cum istæ exceptionum ambages ad usum fori civilis pertineant.* Idem dicendum est, si quis errore lapsus, aut dolo inductus aliquid promiserit. Talis enim promissor neque naturaliter, neque civiliter aliquid præstare tenetur; adeoque proprie obligatus non est; quamvis non iniquum sit, actionem contra eum dari, donec errore, aut dolo alterius promissionem elicitam fuisse probaverit. *add. d. §. 1. J. de Except.*

*Ratio dispositionis civilis redditur.*

*Pufend. citatur testis.*

§. XXV.

## §. XXVI.

Enimvero ad hanc obligationem merè civilem, quæ & *sine re* dici solet, confirmandam leges nonnullæ à Doctoribus adduci solent. Et primò quidem cond. *Resp. ad l. 3. §. 1. ff. d. Const. pec.* ubi dicitur, ff. d. *Const.* si quis constituerit, quod Jure Civili debebat, Jure Prætorio verò non debebat, eum non teneri; & ratio subjungitur, quod debita juribus non sit pecunia, quæ constituta sit. Ex quo colligunt, talia debita nullâ æquitate naturali niti; quòd naturales obligationes constitutum admittant. *l. 1. pr. ff. eod.* At enim in præcedenti §. jam ostensum est, quòd Prætor, quando exceptionem concedit contra obligationem civilem, hoc ipso eam, tanquam Juri N. adversam, non impugnet; propterea quòd ipsum quoque Jus Civile, compertà rei veritate, nolit ejusmodi obligationem ex æquitate tantisper constitutam exitum habere. Accedit, quòd in dicto textu Jus Civile non Naturali, sed Prætorio tantum opponitur. Provoquant secundo ad *l. 59. ff. d. Cond. indeb. & l. 16. ff. d. fidejuss.* ubi duplicis obligationis, naturalis & civilis fit mentio, ex quo inferunt, dari obligationem Civilem nullâ naturali æquitate innixam. Sed hanc interpretationem dictis legibus accommodari non posse, facile apparet. In dictis enim textibus obligatio Civilis eam notat, quæ Jure Naturali constituta, & Civilibus Legibus comprobata est; quo sensu rectè opponitur obligationi Naturali, nempe merè tali, cui nullum à Jure Civili præsidium accessit. Pari responsione excipimus *l. 7. in fin. ff. d. Novat.* ubi dicitur, quod obligatio qualiscunque

*Explicatur*  
*l. 59. ff. d.*  
*Cond. ind.*  
*& l. 16. ff. d.*  
*fidej.*

*Respond. ad*  
*l. 1. ff. d. No-*  
*vat.*

que sit, quæ præcessit, novari verbis possit; *dummodo sequens obligatio aut civiliter teneat, aut naturaliter.* Nam & hîc non de obligatione Civili merè tali, sed mixta sermo est, quæ citra dubium cum æquitate Naturali conjuncta est. Neque alia ratione intelligenda est l. 7. §. 2. ff. d. pact. Nam quod in ea dicitur, *civilem actionem dari*, non excluditur Naturalis æquitas, ut-

*Item ad l. 7. §. 2. ff. d. pact.*

pote quæ præcipuè actionem civilem sustinet. Quem sensum d. l. esse, vel ex eo liquet, quòd de Contractibus Juris Gentium ibi agitur, quos ex naturali quoque obligatione pendere, in aprico est. Neque magni momenti argumentum est, quod ab effectu rei judicatæ desumitur. Cum enim reus, quamvis fortasse nihil debeat, condemnatus per sententiam à Judice actori civiliter obligetur ad præstandum, quod per sententiam injunctum est, colligunt inde, aliquam merè Civilem obligationem naturali æquitate destitutam dari. Enimvero ambigendum haud est, æquitati naturali maximè convenire, ut reus in foro Civili ad satisfaciendum rei judicatæ adstringatur; cum alia via, quam ex actis & probatis, de justitia causæ constare non possit; qua de re jam in superioribus actum est.

*Diluitur dubium ab effectu Civili rei judicatæ petitum.*

Ex quibus evidenter consequitur, obligationem Civilem intelligi haud posse, nisi quam æquitas naturalis sustineat. Atque hæc fuère, quæ de proposito argumento dicenda esse videbantur; neque jam obscure apparere existimo, qua ratione fines potestatis Civilis designandi sint, extra quos legislatoris humani arbitrium exerceri cum effectu non potest. Qua in re ex solidis, & necessario nexu coherentibus principiis omnia deducere, quantam utilitatem afferat,

*Conclusio.*

F

abun-

abundè experiuntur, qui legibus explicandis operam  
navant. Quod reliquum est, Numini Divino gra-  
tes præstiti auxilii submisit ago atq; persolvo,

F I N I S.

ILLUSTRI EXCELLENTISSIMOQUE  
DOMINO  
DN. A TSCHIRNHAUS,  
DYNASTÆ IN KISLINGSWALDA &c.  
POTENTISSIMI REG. POLON.  
ET ELECT. SAX. CONSILIARIO  
SPLENDIDISSIMO

S. D.

JO. BALTHASAR WERNHER. D.

**I**ngrati crimen sit, non ingenuè fateri,  
quantum Tibi, Exquisitissimo omnis doctri-  
næ Arbitro, debeam, qui maximo me semper  
amore complexus es, summisque beneficiis &  
perpetua quadam benevolentia jam pridem Tuum  
reddidisti. Equidem, si quis me in ulla eruditio-  
nis parte quicquam esse neget, non repugnabo;  
sed si quid posse videbor, Tua auctoritate, Tuis-  
que consiliis me perfecisse contendam. Qui  
enim in luce orbis terrarum versaris, maximas-  
que res, & admiratione dignissimas conficis, &  
post

post homines natos sapientissime demonstras,  
neque ullam gravissimi laboris vacationem ha-  
bes; tam incredibilem tamen erga omnes hu-  
manitatem explicas, ut nemo Te unquam  
adeat, cui occupatus sis; nemo in omni stu-  
diorum genere consilium petat, cui non promte  
suppedites, & prudentissimè defendas. Quo-  
circa omnes in Tui veneratione defixi sunt;  
magnique Nominis Tui gloria latè pervasit,  
inque regiones locorum intervallo disjunctissi-  
mas exiit, atque ad immortalitatem, cui du-  
dum par fuit, Summorum Principum Gratiam  
omniumque studia & benevolentiam adjunxit.  
Quid mente perspicacissima, industriaque plane  
stupenda quotidie præstes, quam Divinis inven-  
tis, ratione & experientia cognitis, quibusve  
nullum, quod sufficiat, pretium grata posteritas  
constituet, societatis humanæ commoda au-  
geas, terrarum orbis videt, atque in Tuam glo-  
riam longos annales adornat. Hoc majori  
voluptate afficior, & incredibili quodam gau-  
dio perfundor, si propensissimæ Tuæ erga  
me voluntatis, quam aperte cumulateque exper-  
tus sum, in mentem mihi venit. Quod cum  
facio, (facio autem quotidie) omnium molestia-  
rum, cum quibus hæc vita conjuncta est, obli-  
viscor, & multo, quam alias soleo, alacrius

ad ea me studia refero, cum quibus nulla voluptas comparanda est, & quae sola veram homini delectationem afferunt, ejusque cogitationes à seculi deliciis tenerrima suavitate abducunt. Haud scio, an quid unquam altius in mentem meam descendat, atque isti sermones, quos mecum Lipsiæ, cum Nundinas invisimus, in multam sæpe noctem producis, atque ad præclaras scientias artesque vias reconditas, & à vulgi opinione sejunctas graviter copioseque ostendis. Nihil sane, quod Te ipsum intelligere puto, interiori hac consuetudine, atque congressu Tuo accidere jucundius mihi potest. Adhuc memoria teneo præclara præcepta, quibus jam olim omnem studiorum rationem divino plane genio explicabas, & vel ipsorum verborum memini; ita nunquam Tui recordatio ex animo meo descendit. Quocirca cum à tam longo tempore Nominis Tui veneratio in mente mea infixæ esset, & incredibili humanitate Tua, maximisque beneficiis me Tibi devinxisses, nemini in grati hominis partibus explendis concedendum esse existimavi, & magnopere mihi gratulatus sum; cum Vitembergæ juvenis excitatissimæ indolis, Tibi propinquitate conjunctus in meam consuetudinem se daret, usuque & familiaritate assidu

duamibi conjungeretur. Nec vero obscure Divi-  
nam indolem *Genus Ischirnhausia* agnoscere in eo  
licebat, cum majorum suorum, & Tua praesertim,  
*Vir Illustris*, vestigia acriter sequeretur, & multo  
contentius, quam vulgo solent, caeptis instaret,  
animumque labore & patientia obfirmatum per  
omnia studiorum genera circumferret. Neque  
minorem elegantis vitae, & morum ad de-  
cus omne compositorum, quam praecleari inge-  
nii, constantisque industriae opinionem sibi con-  
ciliavit. Juris disciplinam ingressus facili cursu  
processit, cum omnibus adjumentis instructus  
esset, quibus alii sive natura tardiores, sive praec-  
ipitati studii culpa destituuntur. Quare vehe-  
menter gaudeo, expectationi Tuae cognatum  
tam egregie respondere, augurorque, fore, ut  
tuo exemplo incitatus, patrocinioque fultus me-  
tam, quam virtus ejus sibi jam pridem defixit,  
felici exitu consequatur, spatioque confecto in  
summa dignitate atque honoribus conquiescat.  
Quod reliquum est, Numen Divinum com-  
pescor, ut Te, *Vir Illustris*, in seculi decus, ma-  
ximarumque scientiarum augmentum quam diu-  
tissime florentem ferveret! Sic vale, *Illustris*  
*Domine*, & me constanter, quod facis, ama  
atque complectere. Dabam Vitembergae IV.  
Kal. Nov. clō Ibc CI.

PERQVAM GENEROSO ET NOBILISSIMO  
DOMINO,  
VVOLFGANGO BERNAR-  
DO DE TSCHIRNHAUS,

Eqviti Silesio,

De pererudito iuris argumento publice et summo  
cum applausu disputanti,

C. S. SCHVRZFLEISCHIVS.

**V**Aria sunt hominum ingenia et mores, quo-  
rum alii gloriae serviunt, alii voluptates ex-  
quirunt, quidam compositis vitae rationibus,  
ad veram animi felicitatem contendunt, rectissi-  
mamque agendi viam ingrediuntur. Inter hos prae-  
cipue Iureconsulti grave munus sustinent, et digni-  
tatem reipublicae amplificanc, et vel ideo existi-  
mationem ac nomen aeqvitatís, prudentiae et  
veritatis, suo quodam iure meritoque habent. Hoc  
magis de officio hominis praecipunt, et rationis  
imperium, quod per se est imbecillum atque lan-  
gvidum, auctoritate legum firmant, et sanctita-  
tem iuris severitate muniunt, ac metu ruentur.  
Nam contemnitur facile et violatur, quod non  
metuitur, et exolescit plerumque ac negligitur,  
quod suis viribus audaciae obsistere non potest. So-  
lent Medici, antequam sanitatis curam agunt, na-  
turam corporis, ut se habeat, diligenter explora-  
re: tum consulere valetudini, et parti laesae ac  
labo-



laboranti subvenire. Haud fecus Iureconfulti faciunt, et iisdem  
vestigiiis medicos sequuntur, morbos certe et vuln-  
nera civium sanant, et non modo spem salutis osten-  
dunt aegrotantibus, sed etiam medicinae ope expedi-  
unt, salvosque praestant. Ad hos imitandos maiorum  
exemplis incitaris, et illustrium necessariorum vocibus  
admoneris, et domestica laude, parentisque inclyti iudi-  
cio confirmaris. Quin patria te invitat, quae in Augusto,  
quod iureconsultorum congressibus patet, templo, hodie  
tibi differendi munus obrigisse, mecum laetatur. Haec  
enim magna omnium expectatione te vocat, haec sum-  
ma auditorum frequentia disputantem honore prosequi-  
tur, haec te sibi despondet et vindicat, haec ornamenta tua  
deposcit, et locupletissimam doctrinae vim ex Academi-  
cis exercitationibus, atque ex umbra studiorum in aciem  
et solem educere nunc gestit, et operam agendique dex-  
teritatem desiderat in conventibus Ordinum, atque in  
patriae comitiis, quae magno te honore ac nomine coho-  
nestabunt. Ibi demum in vitae luce, quantum ingenio va-  
leas, et quantum in quaque re, consulendo et agendo effi-  
cere possis, Augusto virtutum singularium existimatori  
maximo aequissimoque declarabis. Nec vero te pigebit  
studii, in pulvere erudito collocati, quod hanc in primis  
philosophiae partem, in qua elaborares, mentisque  
aciem intenderes, tibi potissimum seposuisti, et ad  
scientiae huius, et verae adeo laudis maturitatem  
pervenisti. Non hic scribendi locus est, quae diligen-  
tia et contentione animi ad D. Vernherum tuum  
accesseris, quomodo hoc duce, quem omnium studio-  
rum conscium et participem habuisti, te gesseris, quan-  
tum in artibus reconditis, quae aciem ingenii ex-  
acuunt, profeceris, adeo ut magno operam tuam aesti-  
maret ille ipse doctor tuus. Omnino enim haec stu-  
dia in viros nobiles conveniunt, a quibus abhorret  
vul-

vulgas, et nudum atque inerme, his praefidiis eget. Tempestive reputasti tecum, iurisprudentiam ab hac doctrinae luce arcessere sibi lumen quoddam, egregiumque splendorem. Versare machinas, et res ab aspectu iudicio remotas, velut praesentes et proximas contemplari, specula nunquam ante visa moliri et facere, et novis admirabilibusque inventis docere, quod prisca ignorarunt, et detegere res omnibus prope seculis reclusas et abditas, hoc est ingenii solertis, et nostra memoria singularis, et revera cuiusdam Archimedis, quem in Illustri propinquo tuo agnoscimus merito et admiramur. In hunc intueris, tanquam gentis tuae Theseum, et celeri atque incitato cursu pergis, ut referas gentilium tuorum principis virtutem, quae in Italia, Sicilia, Galliaque, et longinquis Europae regionibus eluxit. Maeste animo te porro excites et pergas, atque hoc continuato industriae genere efficias, ut initiis progressiones respondeant, magnique conatus tui non arctis finibus includantur, et in lato liberoque campo excurrant virtutes, ac nulla difficultate obiecta retardentur unquam, et impediuntur. Hoc abs te sperat Parens optimus, hoc abs te expectant paterni maternique sanguinis propinqui, hoc omnes postulant affinitate et amicitia coniuncti, hoc Carolus Ernestus *L. B. Stryanius*, exigit, quem disputandi auctorem et ducem solertia aequavisti, hoc Patres abs tua industria requirunt, in quorum disciplina educatus, et doctrinis formatus es: hanc denique Vernherus tibi legem dicit, eo scilicet iure, quo publice privatimque te sibi devinxit, gratum perinde artis suae alumnum, atque diligentem et assiduam auditorem, quem non genus modo, sed etiam virtus a multis distinguit, nec magis est literis eruditus, quam suavitate morum elegans, et in vita victuque omni liberalis, illis denique ornamentis instructus, quae in palaestra vigent, et cursu, pila, saltu, et quavis decora etiam corporis exercitatione comparantur.

clō Idc CI. Kal. Nov.





ULB Halle

001 507 494

3



TA-50L

VD 18







3295

29 21  
22 4

DISPUTATIO JURIDICA,  
DE  
**AUCTORITATE  
JURIS CIVILIS**

CIRCA  
**OBLIGATIONES NATURALES,**  
*QUAM*  
SENSU MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS,

PRAESIDE  
**DN. JO. BALTHASARE  
VVERNHERO,**

PHIL. ET J.U.D. EIUSDEMQUE PROF. PUBL.  
EXTRAORDINARIO, MATHEM. verò PROF. P.  
ORDINARIO, ET FACULTATIS PHILOSOPH.  
p. t. DECANO,

*DN. PATRONO ATQUE DOCTORE SUO*  
*PIO CULTV AETERNVM PROSEQVENDO,*  
IN ACADEMIA VITEMBERGENSI,  
*Ad d. IX. Nov. A. M. DCCL.*

In Auditorio Ictorum.

*Horis consuetis,*  
Publico Eruditorum Examine subijciet  
A. & R.

**Wolffg. Bernardus A TSCHIRNHAUS,**  
Eqves Silesius.

*WITEMBERGÆ, Typis CHRISTIANI SCHRÖDTERI, Acad. Typ.*

